

Utrykte Pavebreve

angaaende danske Kirkeforhold.

Ved Dr. L. N. Helveg.

I.

Den berømte norske Historieforsker Prof. P. A. Munch tilbragte de sidste af sine Leveaar paa en videnskabelig Reise i Udlandet, og sysselsatte sig i den Tid fornemmelig med at gennemgaae Vaticanets Bibliothek i Rom. Hans nærmeste Formaal var at samle Materiale her til sit omfattende Værk »Det norske Folks Historie«, men ved samme Leilighed afskrev han tillige, hvad han fandt vedrørende Danmarks Historie, og oversendte disse sine Afskrifter til det kongelige Geheime-Archiv i Kjøbenhavn. Ved at gennemgaae denne Samling af Pavebreve, der selvfølgelig nærmest maatte have Interesse for Kirkehistorien, fandt jeg, at de indeholdt mange værdifulde Bidrag, og da Geheime-Archivaren Hr. Conferentsraad Wegener med stor Forekommenhed tillod mig at tage Afskrifter af disse Breve for at lade dem aftrykke her i »Kirkehistoriske Samlinger«, traf jeg strax Foranstaltninger for at sætte det i Værk.

Det viste sig imidlertid snart ikke at være saa ganske let. Munch's Afskrifter ere tagne bogstavret efter Registranten og altsaa med alle de Afkortninger og Afkortningstegn, som der forekomme. Fremdeles viste det sig ved nærmere Gjennemsyn, at ingenlunde alle af Munch afskrevne Breve

vare forhen ubekjendte og utrykte, saa at der altsaa maatte gjøres et Udvalg. Ved Hr. Archivsecretær Matthiessens Interesse for Arbeidet fik jeg en dygtig Medhjælper i Hr. Student A. Larsen fra Christiania, der kunde paatage sig Afskrivningen, og som med stor Flid har røgtet dette ikke ganske lette Arbeide. Ved Afskrivningen er da her den Regel fulgt, at alle de Breve ere forbigaaede, der findes anførte i *Regesta diplomatica* som tidligere trykte. Munch har selv tidligere benyttet nogle af disse Breve og ladet dem aftrykke i en Afhandling om Ærkebiskop Jens Grand i Tidsskrift for nordisk Oldkyndighed. Disse ere naturligviis her forbigaaede, ligesom ogsaa enkelte Smaabreve, som angaae norske Forhold og som ere trykte i *Norsk Diplomatarium*. For at lette Læsningen ere som bemærket de af Munch anvendte Forkortelser udfyldte; har Udtydningen været tvivlsom, er dette bemærket, ligesom ogsaa hvor Læsningen af andre Grunde har været usikker. En saadan Usikkerhed finder især Sted ved Navne, fornemmelig de danske Stednavne, der ofte ere meget utydelige, undertiden aldeles forskrevne, men Skylden derfor ligger neppe hos Munch; rimeligviis ligger den i, at man i det pavelige Cancelli kun havde ringe Kjendskab til danske Navne eller i ethvert Fald havde Vanskelighed ved at forstaae dem og gjengive dem rigtigt. Det gjælder ikke blot Navne paa Byer og Sogne, men stundom endog paa Bispedømmer, skjønt man dog skulde mene, at de derom havde paalidelig Underretning. — Navnene paa de Personer, til hvem Brevene ere stilede, ere sædvanlig udeladte, rimeligviis fordi Afskrifterne ere tagne efter en Registrant, der selv kun har Copier af de afsendte Breve. I de fleste Tilfælde er dette nu uden Betydning, da de sædvanlig ere stilede til Konger og Biskopper, og man sædvanlig andenstedsfra veed hvem der dengang var Biskop i det paagjældende Stift; i enkelte Tilfælde kunde det nok have været af Interesse om Navnet var nævnet. Naar det andenstedsfra er bekjendt, vil man sædvanlig finde det anført i Overskriften, medens

det naturligviis er forbigaaet i selve Aftrykket, hvor ogsaa Stednavnene ere gjengivne saaledes som de forefindes. Hvad der iøvrigt kunde være at bemærke om enkelte Breve, vil findes antegnet ved disse.

Samlingen, hvis Trykning saaledes hermed er begyndt, er af temmelig betydeligt Omfang. Foruden et enkelt Brev fra det 11te Aarhundrede, nemlig et Brev fra Gregor VII., som ikke særlig angaaer de danske Forhold, begynder den med Pave Honorius III.'s Breve fra Begyndelsen af det 13de Aarh. og fortsætter sig lige til Reformationen. Om jeg end maa beklage, at jeg ikke har kjendt den ved Udarbejdelsen af det 13de Aarhundredes Kirkehistorie, anseer jeg det dog for et stort Held, at den netop nu er kommen mig til Hænde, fordi det fornemmelig er mod Slutningen af Middelalderen, at vore indenlandske Kilder blive meget tarvelige og ufuldstændige. For det 14de og tildeels for det 15de Aarhundrede giver Munchs Samling størst Udbytte, men derfor har dog ogsaa hvad der her meddeles som Begyndelse sin store Betydning. Det er ikke saameget om de langvarige Kirkeprocesser mellem Kongerne og de lundske Ærkebiskopper man her vil finde nye Oplysninger — endskjønt de Breve, der angaae Cardinal Guido's Sendelse til Norden tilligemed enkelte andre ogsaa i den Henseende give værdifulde Bidrag; men hvad Samlingen fornemmelig giver, er et langt sikkrere og klarere Indblik i den Tids kirkelige Forhold, end man tidligere kunde faae. Den bidrager saaledes til at oplyse adskillige mørke Punkter i de enkelte Stifters Bispekrønike, og det under Forhold, der ere af historisk Interesse, fornemmelig Børglum (Nr. 28, 30, 33, 81) og Viborg (Nr. 63, 65, 66, 83), foruden andre personal-historiske Oplysninger. Af Interesse er f. Ex. de mange Dispensationer for Præstesønner til at forfremmes til kirkelige Embeder, med Hensyn til Coelibatslovens Gjen-nemførelse; Dispensationer for Klerke til at besidde flere Præbender o. desl. Af de Breve, der høre til Kong Valde-mar II.'s Tid, seer man, at allerede dengang tvistedes der

om den kongelige Patronatsret (Nr. 6), om Kirkelovenes Forhold til de gamle Vedtægtslove (Nr. 9, 10), Stridsæmner, som siden traadte saa stærkt frem med Jacob Erlandsen, foruden mangfoldige Enkeltheder, som det vilde blive for vidtløftigt at udpege. Vor Middelalders Historie er i det Hele i alle Forhold saa ufuldstændig og mangelfuld, at alle Bidrag til at udvide og berige den uden Tvivl ville være Forskerne kjærkomne. Af Interesse vilde det saaledes være, om f.Ex. min Formening skulde vinde Kyndiges Samstemning, at vi her i en pavelig Dispensation til Ægteskab (Nr. 74) faae Oplysning om Marsk Stigs fra Folkeviserne saa berømte landflygtige Døttre, hvis Spor i Historien ellers ikke skulde være til at opdage.

Det er en Selvfølge, at historiske Aktstykker kun rettelig kunne vurderes og bruges af selve Forskerne, men for at gjøre Brevenes Læsning tilgængelig for en større Kreds, har jeg til hvert Brev føiet en kort Angivelse af dets væsentlige Indhold, og derhos henviist til min Kirkehistorie, hvor enten den samme Sag er omtalt eller et lignende Forhold behandlet. Jeg meente derved paa bedste Maade at sætte Læseren istand til at bedømme Brevets Betydning, og fik derved tillige Leilighed til at gjøre opmærksom paa de Feiltagelser eller Unøiagtigheder, som efter de her meddeelte Breve kræve Berigtigelse.

1.

Honorius III.

19 Marts 1220.

Biskoppen af Reval (Vesselin eller Vicelin, tidligere Kong Valdemar II.'s Cantsler, beskikket til Biskop 1219, Suhm IX. S. 338) havde ved sin Prædiken vundet Mange for Christendommen, og fik derfor Tilladelse til at bruge regelbundne Mænd af Cistertienserne eller andre Ordener i Missionens Tjeneste. (Jfr. Kirkehist. I. S. 508—9.)

Honorius etc. venerabili fratri . . Episcopo Reuellensi
Salutem etc. Cum zelo caritatis accensus portes coram
Paganis Estonie nomen Christi, ut, faciente illo qui neminem

nult perire, per tue predicationis ministerium ad agnitionem ueniant ueritatis, nos pio labori tuo uolentes fauorem apostolicum exhibere, presentium tibi auctoritate concedimus, ut uiros religiosos tam ordinis cisterciensis quam aliorum, quos esse noueris ad hoc opus idoneos, cum abbatum et prepositorum suorum licentia tecum ducere ualeas et ad predicandum Christum dictis Paganis libere destinare. Datum Viterbij, XIII. Kl. April. p. n. Anno Quarto.

2.

Honorius III.

19 Marts 1220.

Abbeder og Provster af Cistertienserne eller andre Ordener fik Tiladelse til i Henhold til Ovenstaaende at dispensere de dem undergivne Brødre fra Ordensreglen, naar de fandtes duelige til Missionsgjerningen.

Honorius etc. Abbatibus et prepositis tam cisterciensis ordinis quam aliorum, presentes litteras inspecturis, Salutem etc. Cum venerabilis frater noster Reuallensis Episcopus zelo caritatis accensus portet [*o. s. v. som ovenfor, kun „sue predicationis“ . . . „labori eius . . . exhibere*], deuotionem uestram rogandam duximus et hortandam per apostolica uobis scripta mandantes, quod aliquos de fratribus uestris ad hoc opus idoneos, eidem cum requisierit, in huiusmodi ministerium libere concedatis. Datum ut supra.

3.

Honorius III.

11 Nov. 1220.

Mag. Ivar af Falster var Søn af en Præst og den Kvinde, han havde levet med som sin Hustru, altsaa efter Kirkeloven uskikket til geistlig Befordring, men dog meddeeltet der ham i den Henseende Dispensation efter Kongens Anbefaling, da han var en lærd Mand — og lærde Kundskaber i hine Lande hørte til Sjeldenhederne, og han desuden ved sine Sæder vilde erstatte, hvad der manglede ved hans Fødsel. (Jfr. Kirkeh. I. S. 512 flg., 532.)

Honorius etc. Magistro Iwaro preposito Falstrie Salutem etc. Licet ex eo, quod iuxta cursum nature solent ex similibus similia generari, et secundum apostolum, Quicum-

que homo seminauerit, hec et metet, carnalis copula, quam fedus matrimonij non excusat, sit merito criminosa, et geniti ex eadem in penam parentum, quorum sunt testes incontinentie, illegitimi censeantur, sicut Chanan pro Cham legitur maledictus, cum tamen is, qui secundum sue diuitias bonitatis ex eadem massa uas aliud in honorem aliud facit in contumeliam contra naturam in bonam oliuam inserens oleastrum, taliter genitis non solum abolitionem indulget huiusmodi geniture, uerum etiam ut ubi habundauit delictum, faciat gratiam habundare, ipsis virtutes et premia largiendo, nos proinde attendentes, quod ex omni gente qui iustitiam dei fecerit, acceptus est illi, talibus tamquam misericordiam a domino consecutis, libenter misericordiam impertimur, cum ubi dominus largus, dispensator non debeat esse tenax. Quia uero sicut accepimus licet defectum natalium patiaris, de sacerdote genitus et ex ea, quam idem uirginem duxerat et secundum morem regionis tenuerat tamquam sponsam, defectum tamen huiusmodi talento scientie litteralis et uite redimis honestate, nos bonis benefacere cupientes et attendentes, quod tanto in partibus illis tua scientia carior esse debet, quanto rariores scientes esse constat ibidem, a karissimo in Christo filio nostro . . Rege Danorum illustrj pro te suppliciter exorati, tecum super hoc misericorditer dispensamus. Datum Laterani. III. Id. Nouembr. Pontificatus nostri anno Quinto.

4.

Gregorius IX.

28 Mai 1232.

Bekræftelse paa Roskilde Kirkes Privilegier (»da fornemmelig de, som ere langt borte, og som ere udsatte for Overfald af vilde og ubetvungne Folk, særlig have Krav paa pavelig Beskyttelse«), hvorved tillige Kirkens Ret til Rygen stadfæstes med Henviisning til Pave Alexander III.'s Brev (Reg. I. no. 241) og med Paaberaabelse af Breve fra Ærkebiskop E (Eskil) og F Biskop i Estland (?).

Gregorius etc. dilectis filijs . . Decano et Canonicis Roschildensibus tam presentibus quam futuris canonice substi-

tuendis imperpetuum Salutem etc. Licet omnibus Christi fidelibus in suis simus iustitijs iuxta testimonium apostoli debitores, propensius tamen eorum debemus iura tueri et ipsorum paci attentius providere,⁹ qui in remotis partibus constituti a uicinis indomitis et agrestibus persecutiones difficiles patiuntur, et pro defensione et augmento fidei Christiane frequentius elaborant. Eapropter dilecti in domino filij uestris iustis precibus clementer annuimus et Roscildensem ecclesiam, in qua diuino mancipati estis obsequio, ad exemplar felicitis recordationis Alexandri pape predecessoris nostri sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia impresentiarum iuste et canonice possideat, aut in futurum concessione pontificum, largitione regum uel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poteritis adipisci, firma uobis uestisque successoribus et illibata permaneant. Ad hoc auctoritate apostolica constituimus, ut Roiañ Insula, de manibus paganorum et potestate adempta, sicut ex litteris bone memorie E. Lundensis Archiepiscopi et F. Estonensis episcopi et aliorum religiosorum uirorum predictus predecessor noster in suo priuilegio se asserit accepisse ac per ministerium clare memorie Waldemari Danorum Regis et felicitis recordationis Absalonis Lundensis Archiepiscopi apostolice sedis legati tunc Roscildensis Episcopi acquisita, in spiritualibus ecclesie Roscildensi tantum respondeat et in perpetuo Roscildensi Episcopo, qui pro tempore fuerit, diocesana sit lege subiecta. Preterea libertates et immunitates a prefato Rege uel antecessoribus eius ipsi ecclesie in iuribus uel possessionibus ipsius tam in Scania quam in Sialandia constitutis indultas et scripto autentico roboratas, auctoritate apostolica confirmamus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre uel ablatas retinere, minuire uel quibuslibet uexationibus fatigare, sed omnia

integre conseruentur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salua sedis apostolice auctoritate et Lundensis Archiepiscopi canonica reuerentia. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit, secundo tertioque commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eidem ecclesie sua iura seruantibus sit pax domini nostri J. Chr., quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. amen. amen. amen. Datum Spolet. per manum Magistri Barth. sancte Romane ecclesie vicecancellarij. V. kl. Junij. Indictione V. Incarnationis dominice Anno M. CC. xxxij. Pontificatus uero domini Gregorii pape viij Anno Sexto.

5.

Gregorius IX.

22 Marts 1236.

Ærkebiskop (Uffe) af Lund klagede over, at Estland, skjøndt det var christnet af den danske Konge og af Ærkebiskop Andreas, som selv havde prædiket der, dengang Landet blev erobret, var faldet fra under Kong Valdemars Fangenskab. Ærkebiskop Andreas havde oprettet tre Bispedømmer i Estland, nemlig Leal, Wironien og Reval som Suffraganer af Lund, men det liflandske Ridderskab havde sat sig i Besiddelse af disse Bispedømmer. Paven overdrog nu sin Legat Vilhelm at give Wironien og Reval tilbage til Ærkesædet, og ordne det i Leal saaledes at dets Rettighed ikke blev krænket (jfr. Kirkehist. I. S. 539).

Gregorius etc. Venerabili fratri G. Episcopo quondam Mutinensi penitentiario nostro apostolice sedis legato Salutem etc. Venerabilis fratris nostri . . Lundensis Archiepiscopi lecta coram nobis petitio continet, quod cum terra Estonie de ritu paganorum per industriam et sollicitudinem karissimi in Christo filii nostri . . Regis Danorum illustris et

bone memorie Andree Lundensis Archiepiscopi, qui personaliter illuc cum exercitu laborarent, ad cultum deuenerit Christianum, idem Archiepiscopus de licentia sedis apostolice tres episcopatus scilicet Lealensem, Wironiensem et Reualensem creauit ibidem ipsos suffraganeos ecclesie Lundensis constituens, in singulis episcopos ordinando, in quorum possessione pacifica cum eadem ecclesia aliquamdiu permansisset, tandem captiuato Rege prædicto fratres militie Christi in Liuania et quidam alij ipsi terre uicini uiolenter occupantes eandem, eiectis inde episcopis, non solum temporalia, sed spiritualia suis usibus applicarent. Quare Archiepiscopus ipse postulauit humiliter, ut prouidere Lundensi ecclesie per restitutionis beneficium dignaremur. Cum ergo nobis constet tam per confessionem procuratoris eorumdem fratrum quam alias, dictam ecclesiam in quasi possessione huiusmodi spiritualium in predictis Wironiensi et Reualensi episcopatibus extitisse, mandamus, quatenus ad manus tuas spiritualia ipsa recipiens uice nostra ad ipsa in eisdem episcopatibus restituas Archiepiscopum memoratum. Contradic. etc. Super episcopatu uero Lealensi iamdicto sicut ipsi ecclesie studeas prouidere, quod eius iustitia non ledatur. Datum Viterbii. XI. Kl. April. p. n. Anno Decimo.

6.

Gregorius IX.

4 Febr. 1237.

Kong Valdemar havde ført Klagemaal over, at naar han præsenterede duelige Mænd til de Kirker, han havde Patronatsret til, vilde Bisperne ikke anerkjende hans Indstilling, men beskikkede uden at spørge ham andre Personer efter deres Tykke. Da det var usømmeligt at krænke Kongens Ret og Ære, befalede Paven Ærkebispnen og de danske Biskopper at undlade sligt og stede dem til Kirkerne, som lovlig vare kaldede. (Strid om Kongens Patronatsret, cfr. Kirkehist. I. S. 595—96).

Gregorius Episcopus etc. ven. fratribus . . Archiepiscopo Lundensi et Suffraganeis eius Salutem etc. Karissimus in Christo filius noster . . Illustris Rex Dacie grauem ad nos querimoniam destinauit, quod cum idem ad uacantes Regni

sui ecclesias, in quibus ius optinet patronatus, uobis personas idoneas representet, uos iure suo priuare forte intendentes eundem non admittitis presentatos ab ipso, sed eo irrequisito et omnino contempto prefatas ecclesias de personis alijs pro uestre uoluntatis arbitrio in suum preiudicium ordinatis. Quia uero non decet uos iuri et honori derogare Regis eiusdem, sed ipsum potius in sua iustitia confouere, vni. u. mo. per apostolica uobis scripta mandamus, quatenus ab eius grauamine desistentes, presentatos ab eodem canonicè ad predictas ecclesias, sicut ad uestrum spectat officium, sine difficultate qualibet admittatis, ita quod ad nos super hoc ulterius querimonia non recurrat, neque cogamur eidem aliter prouidere, sed prudentiam uestram debeamus exinde potius commendare. Datum Interamn. ij. Non. Feb. p. n. Anno Decimo.

7.

Gregorius IX.

28 Januar 1238.

Kong Valdemar fik som en særdeles Gunstbeviisning Tilladelse til at han maatte bruge en Kanik af hver af Rigets Kathedralkirker, hvem han maatte finde skikket, til Rigets Tarv eller til sin personlige Tjeneste, saaledes at han oppebar sit Præbendes Indkomster, som var han personlig tilstede, med Undtagelse af Distributionerne, som tilfaldt de Tjenstgjørende.

Gregorius' etc. Karissimo in Christo filio . . Illustri Regi Dacie Salutem etc. Regalis deuotionis sublimitas, quam a tuis predecessoribus in regiam deriuatam personam circa Romanam ecclesiam laudabilium operum preconio gerere comprobaris, nos uehementius exhortatur, ut illa studeamus efficere, que tue nouerimus excellentie complacere. Tuis igitur precibus inclinati, serenitati tue presentium auctoritate concedimus, ut de qualibet ecclesia cathedrali Regni Dacie unum canonicum, quem tibi noueris oportuno pro utilitate eiusdem Regni uel tue necessitate persone, in tuo ualeas seruitio retinere, ita tamen quod prebendarum suarum prouentus integre percipiant, ac si

personaliter in suis ecclesiis residerent, distributionibus cotidianis exceptis, que consueverunt dumtaxat seruiantibus exhiberi. Nulli ergo nostre concession. etc. Siquis autem etc. Datum Laterani v. kal. Febr. p. n. Anno Undecimo.

8.

Gregorius IX.

29 Januar 1238.

For at bilægge de danske Kongers Tvist med Slaverne vilde Kong Valdemar give Hertug (Barnim) af Pommern sin Søsterdatter (neptis) til Ægte, skjøndt hun var ham beslægtet i 4de Led. Han begjærede i den Henseende Dispensation, og Paven overdrog Ærkebiskoppen af Lund og Biskoppen af Roskilde at undersøge Sagen. (Brevet omtalt hos Suhm IX S. 686.)

Gregorius etc. vénéralibus fratribus . . Archiepiscopo Lundensi et . . Episcopo Roskildensi Salutem etc. Karissimi in Christo filii nostri . . Illustris Regis Danorum lecta coram nobis petitio continebat, quod cum inter clare memorie Reges Danorum ex parte una, et Sclauos ex altera grauis discordia sit et fuerit ab antiquo, ex qua multa corporum et animarum pericula acciderent, de consilio peritorum habuit, quod pro reformanda inter ipsos et Sclauos eosdem concordia salutari quandam neptem suam nobili viro B. Duci Pomeramie (sic), cui eadem in quarto gradu attinere dicitur, tribuat in uxorem. Quare dictus rex nobis humiliter supplicauit, ut eidem perficiendi parentelam huiusmodi de benignitate solita licentiam largiremur. Quia uero nobis non constitit de premissis, fraternitatibus uestris, de qua plenam in Domino obtinemus fiduciam, per apostolica scripta mandamus, quatenus inquisita super præmissis diligentius ueritate, quod inueneritis nobis fideliter rescribatis, ut uestra relatione sufficienter instructi, quod super hoc expedire uiderimus disponamus. Datum Laterani. iiii. kl. Feb. Pontificatus nostri anno vndecimo.

9.

Gregorius IX.

24 August 1239.

Ærkeb. af Lund (Uffe) havde underrettet Paven om, at Lægfolk i Lunds Stift havde vedtaget, at ved Kirkevielser skulde Biskoppens Tjenere have Betaling, hvad der var at ansee for Simoni, hvorfor mange Klerke i Stiftet vare faldne i denne Brøde. Paven overdrog derfor Prædikebrødrenes Provindsial-Prior for Danmark (det er her første Gang denne Værdighed nævnes; rimeligviis var dengang Provindsen Dacien først nylig bleven oprettet, jfr. Reg. I nr. 795; Kirkeh. I S. 552—53), at han maatte dispensere de Skyldige, naar de havde ydet en passende Bøde. (Udentvivl sigles hermed til Bestemmelsen i Skaanske (og Sjæll.) Kirkelov (Art. 1), at Bønder skulde give Capellanen en halv Mark, Buursvend en Øre.)

Gregorius etc. dilecto filio . . priori prouinciali ordinis fratrum predicatorum Lundensis diocesis Salutem etc. Cvm, sicut venerabilis frater noster Lundensis Archiepiscopus nobis intimare curauit, laici lundensis diocesis, accedentibus uoluntatibus, prelatorum ministris episcoporum in dedicationibus ecclesiarum pro labore suo statuerint certum salarium debere persolui, quod nec exigi ab eisdem laicis nec exactum recipi potest absque uitio symonie, et quamplures clerici Lundensis diocesis in huiusmodi reatum inciderint, præsentium tibi auctoritate concedimus, ut cum eis imposita ipsis ob hoc primitus penitentia salutari eaque peracta, si eorum uita et conuersatio honesta exegerit, hac uice ualeas dispensare. Datum Anagn. viiij. kl. Sept. p. n. anno xiiij^o.

10.

Gregorius IX.

25 Aug. 1239.

Brevet handler om en Misbrug paa Rygen, som bestod i at Rigmænd laante Fattigfolk, paa det Vilkaar at de som Rente skulde svare en vis aarlig Afgift i Korn, Hør eller andet, og kom derved i et saadant Afhængighedsforhold til Rigmanden, at Skyldneren, naar han bortgiftede en Datter, solgte en Hest eller Ko, ligeledes skulde svare en Afgift til Herren, og denne Gjæld gik i Arv paa Børnene. Paven forbød denne Uskik som Aager, der var forbudt i begge Testamenter, og vilde ved kirkelig Censur fremtvinge dens Afskaffelse.

Gregorius etc. venerabilibus fratribus . . Archiepiscopo Lundensi et . . Episcopo Burgulianensi et dilecto filio . . Archidiacono Lundensi Salutem etc. Sva nobis venerabilis frater noster . . Roscildensis episcopus petitione monet, quod nobilis vir . . Princeps . . Major et populus Terre Rugianorum in Sclauia Roscildensis diocesis quandam prauam consuetudinem obseruantes, que corruptela potius est censenda, huiusmodi usurarum lucra, que poddas vulgariter appellant, sequuntur, quod uidelicet creditor a debitore certam quantitatem annone, lini et aliarum rerum, que longe plus quam in duplo pecuniam mutuata excedunt, recipit annuatim, nec hoc contentus, a debitore pro filia sua, quam nuptui tradere forte uoluit, quinque solidos recipit, Alioquin ei tradere ipsam filiam nuptui non licebit. Simili quoque modo pro quolibet animali, quod debitor ipse venderit, certam creditori persoluet pecunie quantitatem. Si uero debitor ante mutuate sortis solutionem uiam fuerit uniuerse carnis ingressus, talis detestanda conditio transit ad singulos heredes, ita ut si eorum aliquis soluendo non fuerit, supponitur ei in iudiciali foro fasciculus straminis, a quo presentibus habitatoribus terre sue deicitur et in perpetuam creditoris redigitur seruitutem. Verum cum usurarum lucra utriusque testamenti pagina detestetur, eosdem rogandos duximus attentius et monendos nostris eis dantes litteris in mandatis, ut prefatam seruitutis abusionem decetero non seruantes ab huiusmodi omnino lucris usurarum desistant. Quocirca mandamus, quatenus si dicti princeps, Maior et populus mandatum nostrum neglexerint adimplere, uos eos ad id monitione prehabita per censuram ecclesiasticam apellatione remota ratione preuia compellatis, prouiso ne in aliquam vniuersitatem dicte terre Rugianorum excommunicationis etc. Quod si non omnes duo uestrum etc. Datum Anagnie. viii kl. Sept. p. n. Anno Tertiodecimo.

11.

Gregorius IX.

3 Decbr. 1239.

Kong Valdemar fik Bemyndigelse til, at sex Klerke i hans Tjeneste, som udmærkede sig ved Lærdom og gode Sæder, og som havde et beneficium, der ikke gav dem tilstrækkeligt Underhold, med dette maatte forene et andet, selv om det var et Sognekalde med Sjælesorg. (Jfr. Suhm IX S. 698.)

Gregorius etc. Karissimo in Christo filio W. Illustri Regi Dacie Salutem etc. Desiderantes celsitudini tue, quam inter ceteros orbis principes prerogativa dilectionis amplectimur, gratiam facere specialem, ut sex clerici in tuo servitio persistentes, qui se scientia et morum honestate commendandos reddiderint, non habentes beneficium, unde commode sustentari valeant, unum aliud beneficium recipere valeant, etiam si curam habeant animarum annexam, auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo nostre concess. etc. Datum Laterani iij non. Decembr. p. n. anno xiiij^o.

12.

Innocentius IV.

11 Novbr. 1243.

Johannes, Ærkebispens Klerk, født i Roskilde Stift, fik Tilladelse til, skjøndt uægte født, at forfremmes til kirkelige Embeder.

Innocentius etc. dilecto filio Johanni Archiepiscopi scolari de Markae Roskildensis diocesis Salutem etc. Illegitime genitos, quos uide decorat honestas, nature uitium minime (sic) decolorat, quia decus uirtutis geniture maculam abstergit in filijs, et pudicia (sic) morum pudor originis aboletur. Cum itaque, sicut in nostra proposuisti presentia, constitutus ascribi desideres militie clericali et defectum natalium ex subdiacono et soluta genitus patiaris, nobis humiliter supplicasti, ut prouidere tibi super hoc de benignitate sedis apostolice curaremus. Nos igitur attendentes, quod defectum predictum supple merito probitatis, redimens fauore uirtutis quod ortus odiosus ademit, deuotis tuis supplicationibus inclinati auctoritate tibi presentium indulgemus, ut huiusmodi non obstante defectu promoueri ualeas ad

sacros ordines et beneficium ac etiam dignitatem ecclesiasticam, et si curam animarum habeant obtinere, ita tamen quod, si ad episcopalem dignitatem te uocari contigerit, illam nequaquam recipias sine mandato sedis apostolice speciali. Nulli ergo nostre conces. etc. Siquis autem etc. Datum Laterani iij Idus Nouembr. p. n. Anno primo.

13.

Innoecentius IV.

27 Febr. 1244.

Biskoppen af Odense havde sendt en Subdiakon Mag. P. til Rom i sit Ærinde og medgivet ham et Brev paa 100 Mark med det mundtlige Tilsagn, at skulde Brevet blive ham frtaget, maatte han lade Biskoppens Segl eftergjøre for at forskaffe sig et Laan til samme Beløb. Magisteren blev fanget paa Veien og mistede alt. Han benyttede sig da af Biskoppens Tilladelse og røgtede hans Ærinde i Rom, men paa Hjemveien blev han atter grebet og faldt i Fængsel. Nu blev han i Hjemmet af Avindsmænd beskyldt for, at han ikke havde røgtet sit Ærinde, men sat Pengene overstyr, og Biskoppen troede dem, hvorfor han af Magisterens Gods gjorde sig betalt for de 100 Mark, ja beskyldte ham for falskelig at have eftergjort hans Segl. Da han endelig slap hjem, vilde Biskoppen slet ikke tale med ham, hvorfor han tog sin Tilflugt til Paven, der overdrog Biskoppen af Sverin at antage sig den Forurettedes Sag. (Udentvivl staaer dette i Forbindelse med de daværende Twistigheder i Odense; denne Mag. P. er neppe nogen Anden end Mag. Peder Dacus, som blev Coadjutor for Biskop Iver imod Kapitlets Ønske, men som dog efter Ivers Død blev trængt ud af Sædet. Kirkehist. I S. 567; 72.)

Innocentius etc. dilecto filio . . Decano Swerinensi Salutem etc. Magister P. dictus Cornix Subdiaconus lacrimabiliter proposuit coram nobis, quod cum venerabilis frater noster . . Episcopus Othoniensis pro suis procurandis negotijs ipsum ad sedem apostolicam destinasset, sibi de contrahendo mutuo centum Marcarum patentes litteras concedendo, eidem presentibus bonis uiris uiua voce mandauit, ut si forte contingeret easdem litteras propter uiarum pericula non posse deferri, sub ipsius Episcopi nomine nouum sigillum fieri faceret pro huiusmodi mutuo contrahendo. Verum cum idem Magister accinctus ad iter sedem apostolicam adeundi captus fuisset in uia, et predictis litteris ac

bonis omnibus spoliatus, tandem ad sedem ipsam perueniens, apud quam graues aduersarios eiusdem inuenit Episcopi, ut posset commissa sibi procurare negotia, mutuum viginti Marcarum argenti sub sigillo nouo contraxit, quod in Romana curia fieri fecerat, prout idem Episcopus sibi dederat in mandatis. Cumque postmodum idem Magister rediret ad propria cum predictis negotijs expeditis, et eum interim capi contingeret et carceri mancipari, a quibusdam suis emulis delatus apud eundem fuit episcopum, quod male commissa sibi procurasset negotia et pecuniam mutuo sic receptam inutiliter expendisset, propter hoc enim episcopus ipse commotus grauiter contra eum tunc in uinculis constitutum, nulla de iamdictis ueritate cognita, de bonis eiusdem Magistri in predicta summa viginti Marcarum creditoribus satisfacit, alias in illis partibus infamans eundem, quod falsum sigillum suo fecisset nomine fabricari. Et licet prefatus Magister post restitutionem ipsius ad pristinam libertatem, quod fideliter procurasset prefata negotia et pro illis predictam pecuniam utiliter expendisset, offeret coram dicto Episcopo se legitime probaturum, ac humiliter peteret, quod tam enormem processum contra ipsum habitum reuocaret, quia idem non solum id recusabat efficere, sed sibi etiam audientiam denegabat, predictus Magister ad apostolice pietatis subsidium duxit humiliter recurrendum. Nos igitur, qui afflictis corde compatimur et patientibus iniuriam subuenire per iustitiam delectamur, mandamus quod, si est ita, Magistrum eundem immunem super hoc a culpa decernas et nulli denunties propter hoc infamie subiacere, ablata sibi per eundem Episcopum restitui faciens preuia ratione. Contradic. etc. Datum Laterani iiij. kl. Martij. p. n. Anno primo.

14.

Innocentius IV.

23 Decbr. 1244.

Ubalduſ, Provſt i Tofte (o: Gamtofte i Fyen [om dette Provſti i Tofte, der ſenere forenedes med Sognekaldet i Assens, ſee H. Rørdam i Samlinger til Fyens Historie I S. 203 flg.]; dette Provſti, ſom her første

Gang nævnes, var et kongeligt Præbende, hvorfor Provsten her benævnes) den danske Konges Klerk, fik paa Grund af sin Dygtighed og paa Kongens Forbøn Tilladelse til foruden de Beneficier, han allerede besad, endskjøndt det var Sognekald, endnu at modtage eet til, naar han blev lovlig kaldet.

Innocentius etc. dilecto filio Magistro Ubaldo preposito Tostensi clerico Carissimi in Christo filii nostri . . Illustris Regis Datie Salutem etc. Apostolice sedis benignitas consueta sic merita personarum prouida discretione discernit, ut eos, qui litterarum scientia et morum nobilitate precellunt, fauoris gratia efferat amplioris, et maioribus studeat beneficijs honorare, quia non incongrue tunc uni, quod sufficeret pluribus, speciali prouisione conceditur, cum circa dona uirtutum solus obtinere dinoscitur quod diuisum in pluribus inuenitur. Hinc est quod nos tibi tue merito probitatis et intuitu carissimi in Christo filij nostri . . Illustris Regis Datie, cuius insistis obsequijs, uolentes gratiam facere specialem, tuis supplicationibus inclinati, deuotioni tue, ut preter beneficia que obtines etiam, si curam habeant animarum, unicum aliud beneficium similem curam habens, si tibi canonice offeratur, licite recipere ualeas, et cum obtentis libere retinere, constitutione generalis concilij non ostante (sic), auctoritate presentium indulgemus . Nulli etc. nostre concessionis infrin. etc. Siquis etc. Datum lugd. x kl. Jan. p. n. anno secundo.

15.

Innocentius IV.

31 Januar 1245.

St. Knuds Kloster i Odense fik Tilladelse til at gjøre Brug af de pavelige Indulgentser og Privilegier, det besad, skjøndt det var blevet forsømt at bringe dem frem i rette Tid.

Innocentius etc. dilectis filijs Priori et Capitulo ecclesie Othiniensis ordinis sancti Benedicti Salutem etc. Solet annuere sedes apostolica piis uotis, et honestis petentium desiderijs fauorem beneuolum impertiri. Sane coram nobis ex uestra fuit parte propositum, quod nonnullæ indulgentie

ac priuilegia uobis ac Monasterio uestro a predecessoribus nostris Romanis Pontificibus sunt concessa, quorum aliquibus uti per negligentiam hactenus omisistis. Nos igitur uestris supplicationibus inclinati, ut eisdem priuilegijs ac indulgentijs in iudicijs et quibuscumque locis ubi fuerit opportunum uti libere ualeatis, alicuius lapsu temporis non obstante, auctoritate uobis presentium indulgemus, ita tamen quod nullum per hoc illis, qui contra uos super hijs legitime prescripserunt, preiudicium generetur. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Siquis etc. Datum Lugd. etc. ii kl. Febr. p. n. anno secundo.

16.

Innocentius IV.

24 Febr. 1245.

Paveligt Beskyttelsesbrev for Kong Erik (Plovpenning) under hans Tog mod Estland.

Innocentius etc. Carissimo etc. jllustri Regi Dacie Salutem etc. Sacrosancta Romana ecclesia [*etc. usque confouere.*] Cum igitur zelo fidei et deuotionis accensus contra paganos et barbaros neophytos Estonie molestantes proposueris proficisci, nos tujs supplicationibus inclinati personam et Regnum tuum cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possides, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Statuentes ut, quamdiu institeris huiusmodi obsequio ihesu Christi, ea omnia integra maneant et quieti. Nulli ergo etc. nostre protectionis etc. Siquis autem etc. Datum Lugd. vi. kl. Mar. p. n. anno secundo.

17.

Innocentius IV.

2 Marts 1245.

Kong Erik fik under Forberedelserne til sit Tog til Estland for at christne Hedninger, Tilladelse til at oppebære Kirkernes Tiende (tertia, fabricis deputata) for tre Aar. (Inden de tre Aar vare udløbne, fik han en Fornylse af samme Tilladelse for 6 Aar. Reg. I nr. 868, jfr. Kirkehist. I S. 574).

Innocentius etc. Carissimo etc. Illustri Regi Datie Salutem etc. Quanto personam tuam sinceriori affectione diligimus et te inter ceteros orbis principes specialiter proponimus honorare, tanto libentius petitionibus tuis benignum impertimur auditum et liberalius exauditionis ianuam aperimus, maxime cum pro defensione ac propagatione catholice fidei porrigi dinoscantur. Hinc est, quod cum sicut ex parte tua nobis extitit intimatum, secundum antiquam et approbatam et hactenus pacifice observatam lundensis provincie consuetudinem ecclesiarum decime in tres partes in ipsa provincia diuidantur, quarum unam diocesani locorum secundam Rectores ecclesiarum seu persone recipiunt, tertia uero earumdem ecclesiarum fabricis deputatur, et tu zelo fidei et deuotionis accensus contra paganos et Barbaros, qui Neophitos in partibus Estonie constitutos multipliciter aggrauant et molestant, potenter et patenter proficisci proponas, Nos excellentie tue precibus inclinati tibi existenti in huiusmodi seruitio ihesu christi, in subsidium expensarum tuarum prefatam tertiam fabricis deputatam usque ad tres annos duximus concedendam, ita tamen quod de ipsa congrua pro eisdem fabricis sartitectis et luminaribus predictis ecclesijs portio relinquatur. Datum Lugd. vj. Non. Mart. p. n. anno secundo.

18.

Innocentius IV.

17 Juni 1245.

Herr Anders Erlandsen til Høiby i Skaane fik Pavebrev paa, at hverken han eller hans Land nogensinde maatte belægges med Band.

Innocentius etc. dilecto filio Nobili uiro Andree domino de Hobu filio nobilis uiri Erlandi de Scania Salutem etc. Personam tuam sincera diligentes in domino caritate, libenter tuis petitionibus benignum accomodamus auditum, eas precipue ad exauditionis gratiam admittendo, que honorem tuum specialiter respicere dinoscuntur. Tuis igitur supplicationibus inclinati, deuotioni tue auctoritate presentium

indulgemus, ut nullus delegatus sedis apostolice uel delegati subdelegatus eiusdem, aut conseruator, seu executor, a sede deputatus eadem, in personam excommunicationis et in terram tuas interdicti sententias ualeat promulgare, sine ipsius sedis speciali mandato faciente de indulgentia huiusmodi mentionem, presentibus post quinquennium minime ualituris. Datum Lugd. xv. kl. Julij. p. n. Anno secundo.

19.

Innooentius IV.

27 Octbr. 1246.

Biskop Niels af Roskilde, som dengang var fordreven fra sit Bispestæde, fik Tilladelse til i sin Landflygtighed at optage Laan paa Bispestolens Gods (jfr. Kirkehist. I S. 571).

Innooentius etc. venerabili fratri . . Episcopo Roskildensi Salutem etc. Cum extra Roskildensem episcopatum oporteat hoc tempore te morari, fraternitati tue contrahendi mutuum super bonis episcopalibus Roskildensis ecclesie et obligandi te tuosque successores ac bona predicta liberam auctoritate presentium concedimus facultatem. Datum Lugd. vi. kl. Nouemb. p. n. anno quarto.

20.

Innooentius IV.

5 Novbr. 1247.

Mag. Ubaldus, Provst i Tofte (s. Nr. 14) havde en Sag med en adelig Frue angaaende en Pengesum, en afdød Ridder var ham skyldig; han bragte denne Tvist for Paven, fordi han meente sig krænket ved Landets Vedtægtslove, og Paven befalede, at den skulde afgjøres uden Hensyn til gjældende Vedtægt.

Innooentius etc. venerabili fratri . . Episcopo Ripensi Salutem etc. Dilectus filius Magister Vbaldus Tostensis ecclesie prepositus nobis exposuit, quod licet quondam Andreas Grosus (sic) miles in quadam summa pecunie teneretur eidem, nec de ipsa sibi adhuc extiterit satisfactum, Nobilis tamen mulier J. relicta Absalon Stange et alij filij ac heredes ipsius Ottoniensis et Roschildensis diocesis de

huiusmodi debito ei satisfacere, quamvis illud sit legitime probare paratus, denegant minus iuste, proponentes ipsum admitti ad probandum debitum prefatum non debere, cum negatiuam super hoc se offerant probaturos consuetudinem in hac parte Regni Datie pretendendo, vnde nobis humiliter supplicauit, ut prouidere super hoc ei paterna sollicitudine curaremus. Ideoque fraternitati tue mandamus, quatenus partibus convocatis audiat causam et legitime probationibus receptis earum, consuetudine huiusmodi non obstante, ipsam appellatione remota usuris cessantibus debito fine decidas, faciens quod decreueris [*etc. usque obseruari*]. Testes etc. Datum Lugduni Non. nouembr. p. n. anno quarto.

21.

Innocentius IV.

2 Decbr. 1248.

Nikolaus, Sognepræst i Thorløse, Lunds Stift, Ærkebiskoppens Capellan, fik Tilladelse til, da hans Beneficium ikke androg 6 Mark aarlig, at maatte med dette forene et andet, naar han blev lovlig kaldt.

Innocentius etc. Venerabili fratri . . Archiepiscopo Lundensi Salutem etc. Etsi sacris sit canonibus interdictum ne quis plures Ecclesias habeat uel Ecclesiarum dignitates, volentes tamen dilecto filio Nicolao Presbitero Capellano tuo Rectori Ecclesie de Thorlosa, qui sicut asseris de ipsius ecclesie redditibus, qui sex marcarum ualentiam annis singulis non excedunt, nequit iuxta morem patrie sustentari, facere gratiam specialem, ejusdem precibus inclinati dispensandi cum eo, quod adhuc unicum ecclesiasticum beneficium, etiam si curam habeat animarum, possit recipere, si ei canonice offeratur, ac cum predicta Ecclesia retinere, non obstante constitutione generali, liberam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem, ita tamen quod eadem beneficia debitis [*etc. usque negligatur*]. Datum Lugduni quarto non. Decembris pont. nostri anno sexto.

22.

Innocentius IV.

6 Febr. 1249.

Peter Aaby, Klerk hos Biskoppen af Aarhus (see om ham Kirkhst. I S. 645, 49—50), fik samme Tilladelse (s. Nr. 21), skjøndt han allerede besad flere Beneficier.

Innocentius etc. dilecto filio Petro dicto Aby, clerico Arusiensis diocesis Salutem etc. Ad faciendam tibi gratiam specialem probitatis tue meritis, super quibus laudabile tibi testimonium perhibetur, et obtentu venerabilis fratris nostri . . Arusiensis Episcopi, nobis pro te clerico suo cum instantia supplicantis, inducti, auctoritate tibi presentium indulgemus, ut preter ecclesiastica beneficia que obtines, quorum aliquibus cura est animarum annexa, possis adhuc unicum aliud ecclesiasticum beneficium, etiam si curam similem habeat et tibi canonice conferatur, licite recipere ac cum obtentis libere retinere, constitutione generali contraria super hoc edita non obstante, ita tamen quod huiusmodi beneficia debitis [*etc. usque negligatur*]. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Datum Lugduni octauo Idus febr. pont. nostri anno sexto.

23.

Innocentius IV.

20 Febr. 1251.

Brevet handler om de roskildske Forviklinger, dengang Jacob Erlandsen nylig var bleven Biskop (s. Khst. I S. 577—78). Den pavelige Nuntius havde overskreden sin Myndighed, idet han i Romerkirkens Navn havde tilegnet sig Indkomster, der laae til Bispesædet, idet han absolverede Nogen, der vare lyste i Band for Fornærmelser mod Biskoppen, uden at denne var tilfredsstillet, og idet han overhoved besværede Kirker og Klostre. Det var Biskop Jacobs Klagemaal, og Paven paalagde Biskoppen af Slesvig at undersøge Sagen.

Innocentius etc. venerabili fratri . . Episcopo Sleswicensi Salutem etc. Retulit coram nobis . . Episcopus Roskildensis, quod frater Nicolaus elemosinarius Monasterii Trenorchiensis nuntius noster in Datia sue commissionis fines excedens, nonnullos proventus eiusdem episcopi nostro et

ecclesie Romane nomine colligit, et quosdam, qui pro iniurijs et dampnis illatis eidem Episcopo auctoritate nostra excommunicati fuerunt, recepta qualicumque summa pecunie ab eisdem, nec ulla dicto episcopo satisfactione prestita, quamquam a nobis nullam super hoc auctoritatem habuerit, beneficium absolutionis impendens, ecclesias et monasteria nec non clericos et laicos Roskildensis diocesis indebitis exactionibus aggrauat et molestat, in predicti episcopi et Roskildensis ecclesie nonmodicum preiudicium et grauamen. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus si est ita, rationem ab eodem elemosinario de premissis diligenter exigens, eum ad restitutionem omnium illorum, que taliter cuiuscumque nomine uel auctoritate recepit, per censuram ecclesiasticam apellatione remota compellas, necnon absolutos per eum in preiudicium prefati episcopi, nisi de hijs pro quibus excommunicati habentur ipsi episcopo congrue satisfecerint, in pristinam excommunicationis sententiam reducere non postponas. Non obstante constitutione de duabus dietis etc. aut aliqua indulgentia eidem elemosinario uel eius monasterio, seu quibuscumque litteris sub quacumque forma uel expressione verborum, generalibus uel specialibus ab apostolica sede concessis, per quas effectus prosecutionis huiusmodi negotij impediri ualeat uel etiam retardari. Datum Lugd. x. kl. Mar. p. n. anno viij^o.

24.

Innocentius IV.

1 Sept. 1251.

En Præst i Aarhuus Stift havde klaget over, at Præstekaldene i Danmark vare saa smaa, at en Mand neppe kunde leve af to, hvorfor han androg paa, at han endnu maatte modtage eet til, naar det tilbødes ham paa lovlig Maade, hvilket Paven tillod.

Innocentius etc. venerabili fratri . . Episcopo Arusiensi Salutem etc. Petitio dilecti filij Torchilli de Gerwiltie Subdiacono tue diocesis nobis exhibita continet, quod in Regno Datie beneficia ecclesiastica adeo sunt tenua (sic) et exilia,

quod uix unus iuxta illius patrie consuetudinem de duobus potest congrue sustentari. Nos itaque, ipsius Subdiaconi supplicationibus inclinati, dispensandi cum ipso prout secundum deum anime sue saluti uideris expedire, quod preter beneficia, que obtinet curam animarum habentia, Quadraginta solidorum Sterlingorum ualentiam non excedentium sicut asserit annuatim, aliud ecclesiasticum beneficium similem curam habens libere recipere, si ei canonice offeratur, et cum predictis licite retinere, non obstante constitutione concilii generalis, liberam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem, prouiso quod beneficia ipsa debitis [*etc. usque negligatur*]. Datum Mediolani kl. Sept. pont. nostri anno viiiij^o.

25.

Innocentius IV.

1 Sept. 1251.

Den samme Klage som Nr. 24 fra Aalborg i Viborg Stift.

Innocentius etc. venerabili fratri . . Episcopo Arusiensi Salutem etc. Petitio dilecti filii Petri de Aleburgh presbyteri Wibergensis diocesis nobis exhibita continet, quod in Regno Datie beneficia ecclesiastica [*etc. vt supra usque sustentari*]. Nos itaque ipsius presbyteri supplicationibus inclinati dispensandi cum ipso [*etc. vt supra animarum habentia*] octoginta solidorum Sterlingorum ualentiam non excedentium [*etc. vt supra rsque in finem*]. Datum vt supra.

26.

Innoentius IV.

17 Mai 1252.

Almissebrev for Franciscanerne i Roskilde, der havde begyndt at bygge sig en Kirke i Byen, hvorved der tilstodes Enhver, som rakte dem en hjælpsom Haand, 40 Dages Aflad

Innocentius etc. Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Salutem etc. Quoniam, ut ait Apostolus, omnes stabimus ante Tribunal Christi recepturi prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit, siue malum, oportet

nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire, ac eternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet uitam eternam. Sane dilecti filij minister et fratres ordinis fratrum minorum Rosquildensium ibidem sicut accepimus ecclesiam cum alijs edificijs suis usibus opportunis ceperunt construere, in qua diuinis possint laudibus deservire. Cum itaque pro huiusmodi edificijs consummandis ac etiam pro sustentatione arcte uite ipsorum indigeant fidelium iuuari subsidijs, qui propter Christum extreme ferunt sarcinam paupertatis, vniuersitatem uestram per apostolica scripta rogamus, monemus et hortamur in domino, ac in remissionem uobis injungimus peccatorum, quatenus de bonis uobis a deo collatis pias elemosinas et grata eis devotionis intuitu charitatis subsidia erogetis, ut per subuentionem uestram eorundem consulatur inopie, ac predicta possint edificia consummari, et uos per hec et alia bona, que domino inspirante feceritis, ad eterne possitis felicitatis gaudia peruenire. Nos enim de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus uere penitentibus et confessis, qui eis propter hec manus porrexerint adiutrices, quadraginta dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum Perusij. xvi kalendas Junij pontificatus nostri anno nono.

27.

Innocentius IV.

15 Oct. 1252.

Tilladelse for en Præst i Roskilde Stift, foruden et Beneficium han allerede besad, endnu at modtage eet til.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri Episcopo Arusiensi Salutem etc. Cum dilectus filius Magnus Rector ecclesie de Vgalose Roskildensis diocesis

adeo nobilitate generis litterarum scientia et morum honestate iuuari dicatur, quod dignus sedis apostolice gratia merito habeatur, nos uolentes ipsum ☩ suorum exigentia meritorum et tue ac venerabilium fratrum nostrorum . . Ripensis et . . Othoniensis episcoporum deprecationis obtentu prosequi gratiose, dispensandi cum eodem, ut preter beneficia, que nunc obtinet cum cura ut que sine cura, unicum adhuc beneficium retinere ualeat, constitutione generalis concilii super hoc edita non obstante, plenam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem, prouiso autem ut beneficia ipsa debitis [*etc. usque negligatur*]. Datum Perusij. Id. Octobris p. n. anno x^o.

28.

Innocentius IV.

20 Dec. 1252.

I Børglum Stift var Biskoppen fratraadt (da Rudolf blev Franciscaner 1252); da havde Elanus (eller Elavus, Oluf, som i senere Beretninger kaldes Oluf Glob), Provst i Lofræth Syssel, Aarhus Stift, ved Kong Abels Hjælp trængt sig ind i Stiftet, og havde trods Kanikernes Protest og uden at erholde nogen Confirmation overtaget Embedet, hvorfor Paven overdrog det til Biskoppen af Viborg at faae ham fjernet og faae en anden valgt i hans Sted. (Jfr. Khist. I S. 615—16 [cfr. 585], see iøvrigt Nr. 30).

Innocentius Episcopus etc. venerabili fratri Wibergensi Episcopo Salutem etc. Ad audientiam nostram noveris pervenisse, quod Ecclesia Bulgauensi pastoris regimine destituta, Elanus Prepositus de Lolvsyses Arusiensis Diocesis per potentiam quondam Abel, qui pro Rege Dacie se gerebat, in Episcopatu ipsius Ecclesie, invititis et reclamantibus quampluribus ejusdem Ecclesie Canonicis, se intrudi nequiter procuravit et confirmatione non obtenta presumit in Episcopatus officio temere ministrare. Quocirca mandamus, quatinus, si est ita, eundem intrusum ab eadem Ecclesia auctoritate nostra penitus amovens facias eidem Ecclesie de persona idonea per electionem canonicam provideri. Contradictores etc. Non obstante si aliquibus a Sede Apo-

stolica sit indultum quod interdicti, suspendi [*etc. usque mentionem*] seu appellatione, quam idem intrusus a venerabili fratre nostro . . Lundensi Archiepiscopo loci Metropolitanano ad nos interposuisse dicitur, pro eo quod ipsum noluit, prout non debuit, confirmare. Datum Perusii XIII. Kal. Januar. anno X.

29.

Innocentius IV.

22 Juni 1253.

En adelig Herre Stezlaus de Velmina (rimeligviis fra Rygen) havde for at bilægge en Trætte mellem deres Familier ægtet Grete, Nicolaus's Datter af Familien Podebusk, endskjøndt Brudgommens Moder havde holdt Bruden over Daaben, hvorfor han begjærede Dispensation, hvilket Biskoppen af Sverin skulde give ham, hvis den nævnte Herre ikke havde større aarlig Indtægt end LX Mark Sølv.

Innocentius etc. venerabili fratri . . Zuerinensi episcopo Salutem etc. Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum nobilis uir Stezlaus de Velmina Roschildensis diocesis Gretam natam Nicolai de Pedebuz (sic), quam mater predicti S. de sacro fonte leuauit, ad sedandas quasdam capitales inimicitias, que inter ipsorum parentes instigante inimico humani generis exorte fuerant, sibi matrimonialiter copularit, prouidere super hoc eorum saluti misericorditer curaremus. Nos igitur tuis supplicationibus inclinati fraternitati tue presentium auctoritate concedimus, ut si dictus S. ultra lx. marcas argenti non habet in redditibus annuatim, auctoritate nostra eisdem S. ac. G. dispensando concedas, ut impedimento huiusmodi non obstante possint in sic contracto matrimonio licite remanere. Datum Asisij x. kl. Julij pont. nostri anno x^o.

30.

Innoentius IV.

6 Juli 1253.

Om den børglumske Trætte (see Nr. 28), men Fremstillingen er fra den modsatte Side. Elanus, Provst i Lofræth Syssel, Aarhus Stift, var bleven canonisk valgt per viam compromissi, og indstillet til Be-

kræftelse til den daværende Ærkebiskop i Lund (Uffe); men Biskop Peter af Aarhus havde gjort Indsigelse, fordi Elanus, dengang han blev valgt, var under Band, og Ærkebispen havde af den Grund negtet at bekræfte ham. Provsten indankede da Sagen for Paven, som fastsatte en Dag til dens Afgjørelse, og tvende Klerke mødte paa Provstens og Kapitlets Vegne for den af Paven beskikkede Dommer, Cardinaldiakon O., men fra Modpartens Side mødte Ingen. Tilsidst kom dog En frem for at nedlægge Indsigelse, da Sagens Undersøgelse var overdraget Biskoppen af Viborg, som netop var ifærd med dette Hverv (s. Nr. 28). Herimod gjorde Provstens og Kapitlets Procuratorer gjældende, at dette Commissorium var givet Biskoppen af Viborg efterat Sagen var appelleret, men inden Tiden var fastsat til Sagens Forhandling, og uden at man ved den Leilighed havde omtalt den indgivne Appellation. Derpaa blev Sagen forebragt Paven, og han overdrog Mag. Henrik, Capellan hos Cardinaldiakon O., at sammenkalde Kapitlet og Klerkerne i Børglum, hvem Valget tilkom, og dersom han fandt, at Valget var foregaaet paa lovlig Maade, skulde han — uden Hensyn til Biskoppen af Aarhuus's Indsigelse, da denne ikke var fremkommen paa rette Tid og Sted — stadfæste Valget og sørge for at den Valgte fik Ordination. (Denne Undersøgelse er neppe faldet ud efter Elanus's Ønske, han fik først Ordinationen c. 1260 af Jacob Erlandsen; rimeligviis har da i disse Aar den fratraadte Biskop Rudolf forestaaet Bispestolens Bestyrelse (jfr. Nr. 33).

Innocentius etc. dilecto filio Magistro Henrico archipresbitero de Nouis Capellano dilecti filii nostri O. sancti Adriani diaconi Cardinalis Salutem etc. Ecclesia Burglansensi pastoris solatio destituta, capitulum eiusdem, conuenientes in unum, prout moris est spiritus sancti gratia inuocata, dilectum filium Elanum (sic) prepositum ecclesiarum de Louersisl Arusiensis diocesis per uiam compromissi elegerunt canonice in suum episcopum et pastorem et bone memorie Luden. (sic) archiepiscopo loci metropolitano confirmandam electionem huiusmodi presentarunt, sed denunciante sibi venerabili fratre nostro P. episcopo Aurisien. (sic) dictum prepositum electionis sue tempore fore uinculo excommunicationis astrictum, propter quod non erat ipsa electio confirmanda, licet idem episcopus in probatione huiusmodi excommunicationis defecerit, archiepiscopus ipse nichilominus dictam electionem contra iustitiam distitult (sic) confirmare. Quare dictus prepositus sentiens ex hoc indebite se grauari nostram audientiam appellauit, cui appel-

lationi humiliter deferens, festum purificationis beate Marie proxime preteritum partibus terminum assignavit (sic), quo per se uel per procuratores idoneos nostro se conspectui presentarent (sic), sicut in litteris ipsius inde confectis plenius continetur. Cum autem, Offreducio presbitero et Johanne subdiacono pro preposito et Capitulo antedictis cum legitimo et pleno mandato statuto termino comparentibus coram nobis, nos dilectum filium nostrum O. sancti Adriani diaconum cardinalem concesserimus partibus auditorem, ac de mandato ipsius cardinalis terna citatione premissa in audientia publica nullus ex parte comparuisset episcopi memorati, etiam post terminum diutius expectatus tandem pro parte Elye de Wenlesuel (sic), Suenonis de Hane, Thebarni de Thiut prepositorum et Nicolai Cwarsin clerici Burglansensis diocesis quidam comparuit procurator, qui licet mandatum legitimum non haberet, dixit tamen, quod negocium huiusmodi commissum erat a nobis sub certa forma in illis partibus venerabili fratri nostro . . Episcopo Wibergensi, et iam coram eo partes inceptant litigare, propter quod non erat in nostra presentia protractandum. Ex parte uero predictorum presbiteri et Subdiaconi procuratorum eorundem prepositi et Capituli fuit propositum exaduerso, quod huiusmodi commissionis littere ante predictum terminum iam dicte appellationi prefixum, quod non licuit et per surreptionem, cum in eis de appellatione ac alijs processibus super hoc habitis nulla mentio fieret, fuerant impetrate, quodque prenominati prepositi nunquam non apud sedem apostolicam se opposuerant preposito supradicto. Nos igitur hijs et alijs, que fuere coram eodem cardinali super premissis proposita et nobis ab eo fideliter recitata, diligenter auditis, Mandamus quatenus, capitulo et clericis Burglansensis ciuitatis et diocesis, maxime quos huiusmodi tangit negotium, euocatis, electionem factam de iamdicto preposita in prefata Burglansensi ecclesia, si ea inueneris de persona idonea canonice celebratam et aliud canonicum non obsistat, non obstantibus predictis litteris et processibus per eas habitis et

contradictione predictorum episcopi prepositorum et clerici, quos ad contradicendum ulterius admitti nolumus, cum eidem Cardinali legitime constiterit, quod pro dicto episcopo in statuto termino uel postquam quam post terminum prefixum diutius fuerit expectatus nullus comparuit procurator, quodque huiusmodi littere post appellationem eandem et infra tempus ad eam proseguendam prefixum fuerant impetratae, nullam de appellatione et processibus supradictis facientes penitus mentionem, auctoritate apostolica confirmare procures ipsaque confirmata ea a legitimo episcoporum numero in illis partibus munus facias consecrationis impendi. Contra. Datum Asisij. ij. non. Julij pontificatus nostri anno xi^o.

31.

Alexander IV.

1255—61.

Opfordring til Korsprædiken i den danske Kirkeprovinds, stilet til Erkebispnen i Lund, med Henviisning til en lignende Opfordring fra Forgjængeren, Pave Gregor IX. Den gik ud paa at komme de Nyomvendte i Estland til Hjælp.

Alexander etc. venerabili fratri . . ludunensi Archiepiscopo et dilecto filio. Princeps mundi huius quorum infidelium mentes adeo excecavit, quod in eis illuminatio euuangelii non refulget, sed adhuc infidelitatis tenebris obuoluti non solum nolunt dominum inuocare, qui prope est omnibus inuocantibus eum in ueritate, quia quicumque inuocauerit nomen domini saluus erit, quin etiam sicut olim in filijs Abrahe, qui secundum carnem genitus fuerat ex ancilla persequabatur illum, qui secundum spiritum ex libera natus erat. Ita et nunc filij Agar infidelium uidelicet populus, qui adhuc in tenebris ambulans nondum uidere meruit lucem magnam, nos, qui iam non sumus ancille filij sed libere, qua libertate nos Christus dominus liberauit, proseguere non desistunt. Sane felicitis recordationis G. papa predecessor noster, ac-

cepto quod hij, qui de Estonie partibus per dei gratiam ad fidem Christiani nominis sunt conuersi, a barbaris circumstantibus multipliciter uexabantur, ac sibi per hoc peterent a Christi fidelibus subueniri etc. Cum autem ijdem Neophiti, inualescente contra ipsos persecutione infidelium, populorum auxilio fidelium egeant ampliori, Discretionem uestram attente rogandam duximus et hortandam in remissionem uobis peccaminum iniungentes, quatenus per uos et religiosas personas ad hoc ydoneas per totam prouinciam Datie et . . ciuitates et dioceses ppatis (!) christi fidelibus contra huiusmodi infideles populos in eorum neophitorum subsidium uerbum crucis. Nos enim de omnipotentis dei gratia [*etc. usque omnibus*], quin (sic) in subsidium dicte terre Estonie iuerint in personis propriis et expensis, ac et illis qui in personis propriis illuc mittent proprios bellatores iuxta quantitatem subsidij et deuotionis affectum, illam suorum concedimus ueniam peccatorum, de quibus ueraciter corde contriti fuerint et ore confessi, que transeuntibus in terre sancte subsidium est concessa. Ceterum siqui crucesignati prouincie Archiepiscopatus et diocesum predictarum in dicte terre subsidium uotum suum in eiusdem terre Estonie uoluerint commutare, illud eis auctoritate nostra commutare curetis, concedentes eis illam suorum ueniam peccatorum, quam habuissent si in dicte terre subsidium transmeassent.

32.

Alexander IV.

9 Jan. 1255.

Brevet angaaer Rye Kloster ved Flensborgfjord; det gjennemgaaer kortelig dets Historie (jfr. Khst. I S. 459) og stadfæster det Bytte, hvorved Klosteret istedetfor Kirkerne i Nybøl, Tolk, Kalleby og Michaeliskirken i Slesvig, fik Holdnæs-Brarup, Grumtoft og Broager.

Alexander etc. dilectis filijs . . Abbati et conuentui Monasterii de Rure Regis Cisterciensis ordinis Sleswicensis diocesis Salutem etc. Cum a nobis petitur [*etc. usque*

effectum]¹⁾. — Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod cum bone memorie Waldemarum Sleswicensis episcopus quasdam decimas in quibusdam parrochijs, tunc ad Mensam suam episcopalem spectantes, uobis tunc existentibus in quodam Monasterio, quod aurea Insula uulgariter appellatur, liberalitate pia et prouida contulisset, felicitis recordationis C. papa predecessor noster decimas ipsas uobis ut asseritis confirmarit, tandem Monasterio ipso ad locum in quo nunc estis translato, bone memorie Nicolaus Sleswicensis episcopus prefati successor episcopi predictas decimas ad opus prefate mense retinens, quasdam alias decimas ad memoratam mensam spectantes ipsique Monasterii uiciniores in concambium predictarum decimarum uobis conferre curauit, ac postmodum venerabilis frater noster Johannes Sleswicensis episcopus, quod per eundem episcopum predecessorem suum super hoc factum extitit, confirmauit, prout in litteris confectis exinde plenius continetur. Nos itaque uestris precibus inclinati, quod super hoc prouide factum est ratum habentes et gratum, id auctoritate apostolica confirmamus [*etc. usque communimus*]²⁾, Litterarum ipsarum tenorem presentibus inseri facientes, Qui talis est. Nicolaus dei gratia Sleswicensis ecclesie episcopus vniuersis Christi fidelibus presens scriptum cernentibus Salutem in perpetuum. Quibuslibet a Christo nomen habentibus et fidem trinitatis et unitatis colentibus libenter ad uitam eternam prodesse uolentes et temporale subsidium, n³⁾ copia datur, illis qui nostro indigent auxilio ministrare cupientes, maxime religiosorum et Christi pauperum utilitatem diligimus et profectum. Quia non eo delicatius et superhabundantius uiuunt, quo super uictualia sua magis

¹⁾ (M. Anm.) ɔ: Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum.

²⁾ ɔ: Confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.

³⁾ u' (?), ubi.

aliquid possideant et habeant, sed ex hoc quod eis superfuerit pedes Christi ungunt, ut bone fame odore tota uicinia repleatur. Huius rei ratione inducti fratribus de loco Regis et illorum domui pro decimis quibusdam, quas eis episcopus Waldemarus donauit, donationem illam suo confirmans priuilegio, uidelicet in parrochijs Nybel, Tholge, Kalleby, ecclesie beati Michaelis, propter claustrum alio in loco siti commoditatem et uicinitatem istas decimas assignauimus: Haldenesbrathorp, Grumetolt (sic), Broaker, et decimam nostram omnium villicorum suorum. Hec et omnia, que dictis fratribus ex maiorum gratia fuerint donata, uidelicet Regis siue aliorum quorumcumque, siue ex pietate nostrorum antecessorum et predecessorum illis collata sunt, nostro priuilegio et sigilli nostri impressione ad ea illis perpetuo possidenda confirmamus et corroboramus, ex auctoritate dei patris omnipotentis et filij et spiritus sancti et beati Petri apostoli mandantes et districtius precipientes, quatenus quicumque perceperint has donationes illis factas et commutationem, quam ad eorum de supradictis decimis utilitatem fecimus, ratas eas habeant et firmas, nec alicui hoc factum infringendi uel irritandi facultas aut copia tribuatur. Nulli etc. nostre confir. etc.¹⁾ Datum Neapoli V. Id. Januar. pont. nostri anno j^o.

33.

Alexander IV.

17 Marts 1255.

I denne Skrivelse til Biskoppen af Ribe og Rudolf, fordum Biskop af Børglum, af Minoriternes Orden, bestemte Paven, i Lighed med hvad hans Forgjænger Pave Innocents havde bestemt, at alle Børglum Bispesædes Indkomster skulde samles og bevares af Minoriter Klosteret i Aalborg (?), medens »vor elskelige Søn, den udvalgte Biskop Elavus« var fraværende paa Romerreise (cfr. Nr. 28, 30. Elavus var altsaa

¹⁾ Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumerit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum.

endnu ikke indsat, men var tyet til Rom; Bispesædets Indtægter bleve rimeligviis oppebaarne af det Kloster, i hvilket Rudolf var).

Alexander etc. Venerabilibus fratribus . . Ripensi et R. quondam Burglanensi de Ordine minorum Episcopis Salutem etc. Ad instar felicitis recordationis Innocentij Pape predecessoris nostri presentium uobis auctoritate mandamus, quatinus vniuersos redditus et prouentus Burglanensis episcopatus in expensis episcopatus eiusdem quamdiu hac uice dilectus filius Elauus Burglanensis electus ueniendo ad curiam, morando in ea, et redeundo ab ipsa absens fuerit, fideliter colligi facientes, ipsos dilectis filijs Guardiano et conuentui fratrum minorum Atrebatensium sine diminutione qualibet assignetis, per eosdem fratres fideliter conseruandos usque ad sue beneplacitum uoluntatis, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstante, si aliquibus de partibus illis a sede apostolica sit indultum, quod interdicti, suspendi uel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac. de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Quod si non ambo ijs exsequendis interesse potueritis, alter uestrum ea nichilominus exequatur. Datum Neapoli XVI kal. Aprilis pontificatus nostri anno primo.

34.

Alexander IV.

18 Marts 1261.

Tilladelse for Prædikebrødrene i Danmark, Norge, Sverrig og Estland, at de, da Nød bryder alle Love, maatte tage ind hos Præster, der holdt Concubiner, endskjøndt de af den Grund vare i Band. (Et Vidnesbyrd om at Coelibatsloven ikke var gennemført i de nordiske Lande.)

Alexander etc. dilectis filijs fratribus ordinis predicatorum Datie, Norwergie, Suetie et Rigie Salutem etc. Attendentes, quod necessitas legibus non arctatur, deuotionis uestre precibus inclinati auctoritate uobis presentium indulgemus, ut si uos ad domos aliquorum clericorum, qui pro detentione concubinarum sunt excommunicationis uin-

culo innodati, declinare contigerit, licite cum eisdem clericis hospitari possitis, nec propter hoc excommunicationis laqueus uos inuoluat. Nulli ergo etc. Datum Laterani XV. kl. Augusti Pontificatus nostri anno septimo.

(Datum er af Munch anført som ovenfor, som det synes ved en Skrivfeil for 18de Juli.)

35.

Urban IV.

18 Decbr. 1263.

En Klerk fra Børglum Stift fik herved Brev paa en Kirke i samme Stift, da Besættelsen per jus devolutionis tilkom Paven. Biskoppen af Viborg skulde indsætte ham. (Dette Brev har Munch henført til 18de December 1266, men da Urban IV. var Pave fra 29de August 1261 til 2den Octbr. 1264, maa det henføres til det angivne Aar.)

Urbanus Episcopus etc. Venerabili fratri Episcopo Wierbergensi Salutem etc. Cum, sicut dilectus filius Magnus de Datia Clericus Burgalensis Diocesis nobis exposuit, Ecclesia de Snestath eiusdem Diocesis tanto tempore iam vacaret, quod eius collatio est ad nos iuxta Laterani statuta Concilii legitime devoluta, nos volentes eidem Magno, nullum sicut asserit ecclesiasticum beneficium obtinenti, gratiam facere specialem, fraternitati tue mandamus, quatinus, si est ita, prefatam Ecclesiam eidem Clerico, dummodo sit ydoneus, per te uel alium auctoritate nostra conferas et assignes, ipsumque in corporalem ipsius Ecclesie possessionem inducas et tuearis inductum. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstante, si aliquibus a Sede Apostolica sit indultum quod excommunicari, suspendi, uel interdici per litteras Sedis eiusdem non possint, que de indulto huiusmodi plenam et expressam non fecerunt mentionem, seu qualibet ipsius Sedis indulgentia, per quam huiusmodi nostre provisionis gratia impediri valeat vel differri. Volumus autem quod idem Clericus, prout requireret onus eiusdem Ecclesie, se faciat statutis temporibus ad ordines promoveri, et personaliter resideat in eadem; Alioquin huiusmodi gratia nullius

penitus sit momenti. Datum apud Vrbemveterem XV. Kal.
Januar. An. III.

36.

Clemens IV.

11 Juni 1265.

Formaning til Danmarks Dronning (Margrethe, Kong Christopher I.'s Enke) om at modtage Cardinal Guido, pavelig Legat for Norden, med sømmelig Ærbødighed, og anvende sin moderlige Indflydelse paa sin unge Søn (Kong Erik Glipping) for at understøtte Legaten i hans Bestræbelser for Kirkens Bedste.

Clemens etc. carissime in Christo filie . . Regine Dacie Illustri Salutem etc. Si que tuam Salutem et Regni tui tranquillum et pacificum statum respiciunt, paterna tibi affectione suggerimus, a tua facile credimus excellentia exaudiri. Non enim est prudentis, que suis profectibus accedunt, respuere, et uelle noxijs, contemptis remedijs, subiacere. Cum ergo in te discretio uigeat, sisque in cunctis sedula, sicut asseritur, et discreta, profecto tenemus, quod audita uoce consilij salutaris, salubribus monitis et tue salutis commodis protinus acquiesces. Carent enim suspitione sinistra, que tibi suggeruntur a nobis, tam ex suadentis persona, qui pater tuus spiritualis existit, et non nisi que patris sunt consulere consuevit, tam etiam ex ipsis suggestis, que per se ipsa sic se bona ostendunt, ut non possint, etiam interpretatione maligna, in mali speciem deriuari. Non enim aliud tibi consulimus, nisi quod pacem diligas, pacem queras, immo ultro oblatam tibi non respuas neque spernas. Quid enim quiuis malignus susurro in hijs notare poterit nisi bonum? Quid fraudulentus interpres malignari poterit in premissis? Nonne per te prudenter aduertis, quod sine pace sis expers salutis? Nonne sollerter consideras, quod sine pace dissolutionis excidium imminet Regno tuo? Vt ergo imminentibus occurratur dispendijs, et a corde tuo, siquis forsitan ibi pullulat, exulet omnis rancor, ut ipsi Regno pacis pulchritudo proueniat, et habundantius in te munera suscipias caritatis, ecce dilectum

filium nostrum G. titulo sancti Laurentij in Lucina presbyterum Card., honorabile membrum ecclesie, virum utique secundum cor nostrum, tanquam pacis angelum, baiulum salutis, et ueritatis preconem, ad te et carissimum in Christo filium nostrum . . Dacie Regem Illustrem, natum tuum, de fratrum nostrorum consilio, legationis officio sibi commissio, digne pro eiusdem Regni reformatione, et ipsius statu tranquillo prouidimus destinandum, spe nobis proposita, et firma credulitate concepta, quod in te, uelut deuotionis filia, patulas corporis aures inueniet, quodque ei, pacis cogitanti consilia, et salutis remedia paraturo, facile aperies in hijs que tibi suaserit hostia cordis tua. Quocirca serenitatem tuam rogamus et hortamus attente, in remissionem tibi peccaminum iniungentes, quatenus legatum ipsum in omni honorificentia et reuerentia, prout decet tale ac tantum ecclesie membrum, suscipiens, ei immo uerius nobis in ipso credulam fidem adhibeas, in hijs que in premissis tibi retulerit et duxerit suggerenda, et ad id eundem Regem, natum tuum, quem etas tenella et filialis deuotio merito tibi exhibent obsequentem, inducere materne sedulitatis studio non omittas, ita quod, te una cum eodem Rege ipsius legati dispositionibus coaptante, omne offendiculum amaritudinis, omnis spina dolorem inferens et omnis dissensionis deformitas, de ipso Regno tollantur penitus et radiciter extirpentur. Datum Perusii iij Idus Junij pontificatus nostri anno j^o.

37.

Clemens IV.

11 Juni 1265.

Bemyndigelse for Cardinal Guido til at tvinge de Gjenstridige ved den verdslige Arms Bistand og ved kirkelig Censur.

Clemens etc. dilecto filio G. titulo sancti Laurentij in Lucina presbitero Cardinali, apostolice sedis legato, Salutem etc. Cvm te, plenam de tua circumspecta prudentia fiduciam obtinentes, in Regnum Dacie, commissio in eo tibi plene legationis officio, de fratrum nostrorum consilio tanquam

salutis et pacis angelum prouiderimus destinandum, ut eo commissum tibi officium huiusmodi efficacius exequi ualeas, quo plenius auctoritate nostra fueris premunitus, inuocandi contra eos, qui tuis salutaribus institutis rebellare seu etiam refragari presumpserint, auxilium brachij secularis, et contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compellendi, plenam tibi et liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Non obstante, si aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod excommunicari, suspendi, uel interdicti non possint per litteras dicte sedis non facientes plenam et expressam de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem, seu quauis alia eiusdem sedis indulgentia cuiuscumque tenoris existat, per quam effectus presentium impediri ualeat uel differi. Datum Perusii III Idus Junij pontificatus nostri anno j^o.

38.

Clemens IV.

12 Juni 1265.

Formaning til den unge Kong Erik angaaende Cardinal Guido, hans Legation, som er foranlediget ved forskjellige Tvistigheder i Danmarks Rige, der forstyrrer Rigets Ro, Gudsdyrkelsen og Kirkens Frihed.

Clemens etc. karissimo in Christo filio . . Dacie Regi Illustri Salutem etc. Summi Regis Magisterio eruditi, qui, etsi ubique stabilis, det cuncta moueri, facit tamen spiritus suos angelos et ministros, et inclinata celorum altitudine, ut hominem redimeret factus homo, discipulos quos elegit in uniuersum mundum misit euangelium predicare, ac ministerio sedis apostolice, quam matrem cunctorum fidelium et magistram deus in se ipso lapide angulari fundauit, insufficientibus meritis deputati, dum necesse habemus leuare oculos in circuitu et considerare filios de longe uenientes, nec eos possumus corporaliter uisitare, ac crescente affectui, quod aspectui denegatur, per alios, de quibus indubitam fiduciam gerimus, illos ad salutem erudire scientes, huiusmodi sollicitudinem exercemus, cupiendo adoptionis

prolem, quam Christo sponsa eius ecclesia generauit, eidem incolumem conseruare, ut et ipsa de sua fecunditate in domino gloriatur. Sane licet nos, qui ad gerendam uniuerse terre, ubi nomen dominicum inuocatur, generalem curam super gentes et regna sumus iuxta Jeremie uaticinium, quamquam immeriti, a domino constituti, inter omnia desiderabilia cordis nostri animarum salutem, libertatis ecclesiastice incrementum, pacis commodum et quietis bonum in cunctis locis fidelium potissime cupientes, sedula uigilemus sollertia, et quod possumus uigilantie studium apponamus, ut possint hec laudabiliter, summotis impedimentis quibusbet, iuxta nostri desiderij plenitudinem auctore domino prouenire. Tamen ut in Regno Datie animarum profectus, libertas ecclesiastica, pax et tranquillitas supradicte proueniant et seruentur, eo ardentius affectamus, quo specialius tanquam christianissimum et deo ac, pro eius reuerentia, ecclesie Romane deuotum, diligimus Regnum ipsum. Cum igitur in eodem Regno uarias inimicus hominum exortas discordias fouere noscatur, ex quibus pax et quies Regni turbatur eiusdem, cultus impeditur diuinus, ecclesiastica libertas confunditur, et salus negligitur animarum, nos de persone tue, quam adhuc etatis ratione tenellam et ad bonum quodque flexilem diuinis instrui beneplacitis affectamus, ut eis intendens prospere procedas et regnes, necnon et carissime in Christo filie nostre . . matris tue, Regine Regni eiusdem Illustris, salute ac dicti Regni statu salubri, pacifico et tranquillo solliciti, ad quarumlibet dissensionum et scissurarum scandala ex eodem tollenda Regno, et statum ipsius Regni iuxta nostrum desiderium reformandum, ecce non quamuis personam, sed magnum et honorabile membrum ecclesie, dilectum filium nostrum Guidonem titulo sancti Laurentij in Lucina presbiterum Cardinalem, uirum utique religione conspicuum, morum honestate decorum, litterarum scientia predictum, et prouidentia circumspectum, quem inter ceteros fratres nostros admodum carum habemus pro suorum exigentia meritorum

in predictum Regnum, commisso sibi tam in eo quam in Suetie Regno nec non et Bremensi, Magdeburgensi, Salzburgensi ac Gneznensi Prouincijs et Ciuitate ac diocesi Caminensi plene legationis officio, tanquam salutis et pacis angelum de ipsorum fratrum consilio prouidimus destinare, ut, cum in hac hora diei undecima cultores simus in vinea domini constituti, uice nostra ut diligens cultor euellat et destruat, dissipet ac disperdat, edificet et plantet, prout queque sibi dominus ministrabit. De eo utique, cum sibi assit puritas consciencie, et presto sit iudicium rationis, malitiam odiat, et innocentiam tueatur, speramus firmiter, quod recta regens, et dirigens indirecta, aspera conuertet in plana. Porro licet saluatoris exemplo, quod uni ex minimis nostris fit, nobis fieri reputemus, quia tamen illos uolumus propensius honorari, qui, perse honorabiles, in parte sollicitudinis honorant in nobis plenitudinem potestatis, Serenitatem tuam instanter requirimus et affectuose rogamus, per apostolica tibi scripta in rémissionem peccaminum suadentes, quatenus eundem cardinalem, apostolice sedis legatum, tanquam personam nostram, quin potius nos in ipso, cum debita recipiens et tractans reuerentia et honore, in omnibus ipsius monitis et consilij et salutaribus institutis, facili et grata promptitudine acquiescas, ut exinde Rex Regum et dominus dominantium in iocunditate multiplicet dies tuos, et tranquillum semper ac prosperum faciat tuum Regnum, et nos et dicta sedes in tuis et eiusdem Regni simus utilitatibus promptiores. Datum Perusij, ij Idus Junij pontificatus nostri anno j^o.

39.

Clemens IV.

13 Juni 1265.

Bemyndigelse for Guido at tilstaae dem, der med Andagt vare tilstede naar han læste Messe paa de høie Festdage, Aflad for et Aar og 40 Dage, ved andre Leiligheder 100 Dage.

Clemens etc. dilecto filio G. titulo sancti Laurentij in Lucina presbitero Cardinali, apostolice sedis legato, Salutem

etc. Cum, de tue circumspectionis industria ac fidei puritate plenam in domino gerentes fiduciam, te tanquam pacis angelum in Dacie ac Suetie Regna, necnon Bremensem, Magdeburgensem, Salzburgensem et Gueznensem prouincias, ac ciuitatem et diocesem Caminensem, commisso in eis tibi de fratrum nostrorum consilio plene legationis officio, prouiderimus destinandum, pro tuorum exigentia meritorum condignum, et pro negotii, ad quod mitteris, fauore congruum arbitramur, ut tibi gratiam, per quam alijs gratificari ualeas, faciamus. Hinc est, quod nos tibi presentium auctoritate concedimus, ut, quotiescumque te missarum sollempnia celebrare contigerit, et populo proponere uerbum dei, omnibus uere penitentibus et confessis, qui celebrationi et predicationi huiusmodi cum deuotione intererint in precipuis festiuitatibus, vnus anni et quadraginta dierum, et in aliis centum dierum de iniunctis sibi penitentijs indulgentiam ualeas misericorditer elargiri. Datum Perusij Id. Junij p. n. anno j^o.

40.

Clemens IV.

13 Juni 1265.

Bemyndigelse for Guido at maatte formilde Straffen paa de Steder, hvor Præster vare afsatte eller bandlyste, fordi de havde forrettet Tjeneste under Interdikt.

Clemens etc. Eidem Cardinali Salutem etc. Cvm de tue circumspectionis industria [*etc. ut in superiori proxima usque faciamus*]. Hinc est, quod nos, petitioni tue benignius annuentes, dispensandi cum illis in tue legationis locis, qui excommunicationis, suspensionis, seu interdicti ligati sententijs, quique contra tenorem constitutionis felcis recordationis Innocentii Pape, predecessoris nostri, excommunicando aliquos suspensionis sententiam incurrerunt, et sic ligati ac suspensi diuina celebrarunt officia, et ordines receperunt, ac ministrarunt in illis, postquam ab excommunicatione rite absoluti fuerint, ac interdicti et suspensionis sententie fuerint relaxate, dummodo in contemptum clauium

premissa non fecerint, plenam deuotioni tue ac liberam concedimus auctoritate presentium facultatem. Datum ut supra.

41.

Clemens IV.

13 Juni 1265.

Bemyndigelse for Guido at give Dispensation i Ægteskab for tre adelige Herrer og ligesaamange Kvinder, der vare hinanden beslægtede i fjerde Led.

Clemens etc. Eidem Cardinali etc. Cvm de tue [*etc. usque faciamus, se Nr. 39*]. Sane, licet in quarto consanguinitatis et affinitatis gradu coniugalis contractum copule sacri generalis concilij constitutio interdicat, quia tamen super hoc consuevit sedes apostolica interdum cum aliquibus bene meritis et deuotis ecclesie, ex causa tamen honesta et rationabili, dispensare, nos petitioni tue benignius annuentes, ut cum tribus nobilibus uiris et totidem mulieribus deuotis ecclesie de tue legationis partibus, ut ad inuicem, non obstante, quod se in consanguinitatis et affinitatis gradu predicto contingant, matrimonium contrahere, uel in iam contracto remanere licite possint, libere ualeas deum habendo pre oculis dispensare, deuotioni tue auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum ut supra.

42.

Clemens IV.

13 Juni 1265.

Bemyndigelse for Guido, at han maatte tage i sin Tjeneste Prædikebrødre, Minoriter eller andre Klosterfolk, som da skulde lyde ham i alle Ting som deres Foresatte.

Clemens etc. Eidem Cardinali etc. Cvm de tue [*etc. usque arbitramur, se Nr. 39*] ut tibi quam postulas gratiam faciamus. Hinc est, quod nos, petitioni tue benignius annuentes, ut tam fratres predicatorum et minores, quam quoscunque alios religiosos ad tuum assumere possis ser-

uitium, tibi tanquam suo prelato in omnibus humiliter p̄rituros, ipsosque pro commissis tibi negotijs quo uolueris destinare, Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo. Non obstantibus quibuscumque statutis eorundem fratrum et religiosorum ordinum, seu indulgentijs eisdem ordinibus uel personis ipsorum ab apostolica sede concessis, per quas non expressas presentibus, uel de uerbo ad uerbum totaliter non insertas, id quomodolibet impediri ualeat uel differri, deuotioni tue auctoritate presentium duximus concedendum. Datum ut supra.

43.

Clemens IV.

13 Juni 1265.

Bemyndigelse for Guido, at selv om han gik udenfor sin Legations Grændser, maatte han dog atter vende tilbage og gjenoptage Forretningen.

Clemens etc. Eidem Cardinali etc. Cum de tue [*etc. usque destinandum, se Nr. 39*], presentium tibi auctoritate concedimus, ut si ex aliqua causa fines tue legationis exire aliquando te contingat, libere ad legationem eandem redire possis, et ipsius legationis officium, sicut ante huiusmodi exitum poteras, exercere. Datum ut supra.

44.

Clemens IV.

13 Juni 1265.

Bemyndigelse for Guido, at selv om han havde flere Personer, og gjorde større Udskrivninger, end det alm. Concil tillod, skulde det ikke lægges ham til Last.

Clemens etc. Eidem etc. Cvm de tue [*etc. usque destinandum, se Nr. 39*], ne per hoc, quod plures personas et euectiones in tua forsan habueris aliquando comitiua, quam in constitutione generalis concilij super hoc edita sunt taxate, ad transgressionis culpam ualeat imputari, cum honeste parsimonie ac modeste vir existas, auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum ut supra.

45.

Clemens IV.

13 Juni 1265.

Bemyndigelse for Guido, at han ved Afgjørelse af Retssager maatte stævne de Paagjældende til Doms tre eller fire Dagsreiser fra deres Stift, endskjøndt det alm. Concil havde fastsat to Dagsreiser.

Clemens etc. Eidem etc. Cvm de tue [*etc. usque destinandum, se Nr. 39*], quod cum causas quas inter personas tue legationis ad tuam delatas presentiam alijs per tuas litteras audiendas commiseris, illam clausulam, uidelicet: Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, cum illo moderamine semper, dummodo ultra tertiam uel quartam aliquis litterarum ipsarum auctoritate extra suam diocesem ad iudicium non trahatur, inserere licite ualeas, causa id legitima suadente, deuotioni tue auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum ut supra.

46.

Clemens IV.

13 Juni 1265.

Bemyndigelse for Guido, at han maatte straffe dem, der misbrugte pavelige Breve, dog med den Indskrænkning, at det kun gjaldt de stridende Parter, ikke Dommerne.

Clemens etc. Eidem etc. Cvm de tue [*etc. usque destinandum, se Nr. 39*], puniendi pena canonica litterarum abusores nostrarum, ita tamen, quod iurisdictionem quam tibi committimus in hac parte, ad earumdem litterarum Iudices non extendas, sed aduersus litigantes dumtaxat utaris eadem, liberam deuotioni tue auctoritate presentium concedimus facultatem. Datum ut supra.

47.

Clemens IV.

13 Juni 1265.

Bemyndigelse for Guido, at de Klerke, han brugte som sine Kapellaner, maatte beholde deres Beneficiums Indtægter, som om de vare nærværende, med Undtagelse af de daglige Distributioner.

Clemens etc. Eidem etc. Cvm de tue [*etc. usque faciamus, se Nr. 39*], Hinc est, quod nos, petitioni tue benignius annuentes, ut Capellani tui, quos tecum duxeris, tibi familiariter in legatione huiusmodi seruituros, quamdiu tuis institerint obsequijs, beneficiorum suorum percipere ualeant cum ea integritate prouentus, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent, si personaliter in ecclesijs in quibus beneficia ipsa obtinent residerent, contrarijs earumdem ecclesiarum consuetudinibus uel statutis, etiam iuramento, confirmatione sedis apostolice, uel alia quacumque firmitate uallatis, nequaquam obstantibus, in te Capellanis eisdem auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo nostre concessionis etc. Datum ut supra.

48.

Clemens IV.

13 Juni 1265.

Bemyndigelse for Guido, at hans Kapellaner maatte modtage Embeder og Værdigheder.

Clemens etc. Eidem etc. Cvm de tue [*etc. usque faciamus, se Nr. 39*]. Hinc est, quod nos, petitioni tue benignius annuentes, ut si aliquem de Capellanis tuis, tecum in legatione huiusmodi existentibus, cedere beneficijs que obtinet, uel alicui eorumdem, etiamsi dignitas uel personatus existat, uel, quod absit, decedere contigerit, quod per te uel alium beneficia huiusmodi conferre alij, et eum, cui illa uel illud contuleris, ad ea, si in collegiatis uel collegiata ecclesia uel ecclesijs fuerint, in canonicum recipi et in fratrem, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, ualeas, non obstante si aliqui in eisdem ecclesijs seu ecclesia in canonicos sunt recepti, quibus, quo ad alias prebendas, dignitates, seu personatus, nullum per hoc uolumus preiudicium generari, aut si aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod ad recep-

tionem uel prouisionem alicuius minime teneantur, quodque ad id compelli, suspendi seu interdicti, uel excommunicari non possint per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem, seu quauis alia indulgentia sedis eiusdem, per quam id impediri ualeat uel differri, auctoritate presentium tibi duximus concedendum. Datum ut supra.

49.

Clemens IV.

15 Juni 1265.

Bemyndigelse for Guido, at han i sin Legation maatte meddele 50 Klerke Dispensation, som ikke vare ægte fødte, at de maatte forfremmes til alle Grader, naar de ikke vare fødte i Hoer eller af Klosterfolk.

Clemens etc. Eidem Cardinali etc. Cvm te ad Dacie ac Suetie Regna, necnon Bremensem, Magdeburgensem, Salzburgensem, et Gneznensem prouincias, commissio in eis tibi de fratrum nostrorum consilio plene legationis officio, prouiderimus destinandum, pro tuorum exigentia meritorum condignum, et pro negotij, ad quod mitteris, fauore congruum arbitramur, ut tibi gratiam, per quam alijs gratificari ualeas, faciamus. Hinc est, quod nos, tuis petitionibus annuentes, ut in terris tue legationis cum Quinquaginta clericis defectum natalium patientibus, quod, eodem non obstante defectu, possint ad omnes ordines promoveri, et eorum quilibet ecclesiasticum obtinere beneficium, etiam si curam habeat animarum, dummodo non sint de adulterio uel incestu, seu regularibus procreati, et paterne imitatores incontinentie non existant, sed bone conuersationis et uite aliasque ipsis merita suffragentur ad dispensationis gratiam obtinendam, prout secundum deum animarum eorum saluti expedire uideris, dispensare auctoritate nostra ualeas, auctoritate tibi presentium duximus concedendum. Prouiso ut iidem clerici, prout requiret onus beneficij quod ipsorum quemlibet post dispensationem huiusmodi obtinere contigerit, ad ordines statutis se faciat (sic) promoueri temporibus,

et personaliter resideat (sic) in eodem. Alioquin huiusmodi gratia quo ad beneficium ipsum nullius penitus sit momenti. Datum Perusij xvij. kl. Julij. pontificatus nostri anno primo.

50.

Clemens IV.

15 Juni 1265.

Bemyndigelse for Guido angaaende regelbundne Mænd, der ved Simoni (for Penge) vare komne i Kloster eller til Kirker; efter det alm. Concil skulde de udvises og gjøre Bod i et Kloster af en strængere Regel, men Guido maatte i den Henseende dispensere, saa at de for ikke atter at forvilde sig i Verden maatte blive hvor de vare, men dog i en ringere Stilling.

Clemens etc. Eidem Cardinali etc. Cum te ad Dacie et Suetie Regna, nec non Br. Magd. Salzb. et Gnezn. provincias, commissio in eis tibi de fratrum nostrorum consilio plene legationis officio, prouiderimus destinandum, pro tuorum exigentia meritorum condignum, et pro negotij ad quod mitteris fauore congruum arbitramur, ut tibi gratiam per quam alijs gratificari ualeas faciamus. Licet igitur olim in sacro fuerit generali consilio constitutum, ut regulares persone, quas in monasterijs uel ecclesijs recipi post huiusmodi synodale statutum contingeret, mediante symoniaca prauitate, necnon et persona (sic) ipsas taliter recipiens, siue persona recipiens uel recepta esset subdita uel prelata, sine spe restitutionis de suis expellerentur monasterijs et ecclesijs, in locum artioris regule ad agendam perpetuam penitentiam retrudende, nos tamen tuis petitionibus benignius annuentes, ut circa personas huiusmodi auctoritate nostra prouidere ualeas, quod remote de monasterijs et ecclesijs que perperam sunt ingresse, in alijs locis eiusdem ordinis collocentur. Quod si forte propter nimiam multitudinem alibi nequerint commode collocari, ne dampnabiliter in seculo euagentur, recipiantur in eisdem monasterijs et ecclesijs dispensatiue de nouo, mutatis prioribus locis et inferioribus assignatis, constitutione predicta, cui per hoc in posterum derogari nolumus, non obstante, auctoritate

tibi presentium duximus concedendum. Datum Perusij, xvij kl. Julij pontificatus nostri Anno primo.

51.

Clemens IV.

1266.

Brevet, stilet til Kong Erik, angaaer den store Kirketrætte. Paven foreholder Kongen alle de Velgjerninger, Kurien har viist den danske Krone i dens Trængsel, og nævner som det sidste Beviis Kardinal Guido's Sendelse; men bebreider Kongen, at han strax ved Kardinalens Ankomst kun daarlig har viist sin Erkjendtlighed, da han istedenfor at gaae paa Forlig er fremturet i Forfølgelser mod Kirkens Frihed og dens Personer, hvorved han vil drage Band over sig selv, Interdikt over Landet, og endelig at hans Lensmænd og Undergivne løses fra deres Troskabseed. Dette kunde han undgaae ved at vise sig lydig mod Legaten, og ikke søge Udflugt under en fræk Appellations Skjul, thi Appellationen er et Middel ikke til at undertrykke Uskyldige, men til at redde Fortrykte.

(Dette Brev maa altsaa være skrevet mellem Kongens Appellation i Aug. 1266 og Cardinalens Bandlysning den 18 Octbr. 1266. Jfr. Khst. I. S. 639—40.)

Clemens etc. . . . Carissimo in Christo filio, Regi Dacie, Illustri Salutem etc. Quam bonus et suavis est in te, fili karissime, si prudenter attendis, matris ecclesie spiritus, dum errores tuos aduerteris, benigne te corripit, et super hijs in quibus peccare diceris admonens clementer alloquitur, ut, relictis malitia, quam tibi grauis de Regno tuo egressus rumor imponit, et ueritas, ut fertur, ascribit, salutaribus ipsius monitis acquiescas. Sint igitur oculi tui aperti et aures intente, ut patris affectum filiali deuotione suscipias, et benignos ipsius affatus patienter audiens in promptitudinem, prout decet, executionis admittas. Recogita fili, recogita, et intra pectoris claustra sollicita meditatione reuolue, quanta semper ecclesia ipsa erga clare memorie progenitores tuos affectione feruuerit, quanta illi deuotione claruerint erga ipsam. Quanta eadem ecclesia predecessorum nostrorum temporibus te diligentia fouerit, Quam feruenter tibi et carissime in Christo filie nostre . . Illustri Regine Dacie, matri tue, in necessitatibus uestris astitit, ad tuitionem uestram auxiliatricem porrigendo dexteram, uestrisque peri-

culis, modis quibus potuit occurrendo. Numquid non tu et mater ipsa recolitis, quod felicitis recordationis Alexander Papa predecessor noster, audito insurgentis in Regno prefato fremitu tempestatis et grauis contra te ac eandem Reginam persecutionis instante procella, tibi, Regine ac Regno predictis prompto animo in auxilium exurrexit, ad hoc dilecto filio Magistro Gerardo, Capellano nostro, qui tibi sollicite astitit te ac iura tua manutenendo, pro uiribus destinato. Numquid de tua et ipsius matris memoria oblitterauit opinio, qualiter te ac matre predicta in hostiles inimicorum incidentibus manus et insidiose captiuatis ab eis re. me. Vrbanus Papa predecessor noster, eidem predecessori Alexandro in apostolatus officio substitutus, totis conatibus promptisque studijs ad tuam et ipsius matris liberationem intendit, laborauit attentius et omnia que potuit remedia exquisiuit, memorati Capellani ad id auctoritatem muniens et sollicitudinem excitans, prelati eiusdem Regni, qui tibi aduersari dicebantur, grauiter et multipliciter comminans, ac multos orbis principes et magnates, eorum ad hoc inuocando suffragia, precibus et exhortationibus attentis inuitans. Nonne et nos, predecessoribus ipsis in affectus plenitudine ad te ac matrem et Regnum eadem succedentes, uobis pleniora exhibuimus paterne sinceritatis indicia, plenius tibi ac ipsis studuimus prouidere, ad reintegrationem tui status, ad totius Regni predicti plenam reformationem et solidam dilectum filium nostrum G., titulo sancti Laurentii in Lucina presbiterum Cardinalem, apostolice sedis legatum, magnum quidem et honorabile membrum ecclesie, necessitatibus ecclesie ipsius in eiusdem Cardinalis absentia non parcentes, tam fauorabiliter destinando. Quid itaque eadem ecclesia tibi ultra facere potuit et non fecit, in aduersis assistens, fauens ad prospera, et de contingentibus nil omittens. Tu uero an eorundem progenitorum laudabilibus inherendo uestigijs te ipsi ecclesie deuotum exhibeas, an ei condigna retributione respondeas, an te pro tot gratijs gratum reddas, si qualiter lega-

tum ipsum, eius salutaria obaudiendo monita, immo nos et ipsam ecclesiam in eodem honorare curaueris, si ea que post aduentum ipsius in Regno predicto gesta sunt, hactenus et geruntur, recti iudicij censura recenseat, tua tibi conscientia respondebit. Siquidem et libertatem ecclesiasticam in prefato Regno conculcari, quin potius adnichilari pateris et, ut dicitur, tu ipse annichilas et conculcas, nonnullos prelatos et alias personas ecclesiasticas Regni eisdem non minus solito, sed eo saltem grauius, quo diutius, per continue ab olim spoliationis iniuriam affligendo. Nec super hoc etiam iustitiam offers, aut pacis consilijs acquiescis, sed prelati eisdem securitatem denegas, nec permittis, immo aperte prohibes, locum in Regno ipso ad ineundos cum ipsis tractatus pacificos assignari. Heccine redditus matris affectibus, hec patris beneficijs recompensas, ipsorum libertatem persequens, eosque tam grauiter in suis membris affligens? Profecto, si excellentia Regia, si ei consilio assistentes, attendant, quam sit graue famam tuam nota infamie tam grauis inficere, ut ecclesiarum libertatis et personarum ecclesiasticarum persecutor infestus in tue iuuentutis auspitijs describaris, quanti sit res plena periculi, si contumaciam in hijs continuando ulterius acrimoniam sententiarum, quas in talibus rigor iustitie indicit, expectes, ut personam tuam, tibi in hoc fauentium excommunicationis mucro percellat, Regnum idem a diuinorum communione interdicti sententia separet, et absolutio uassallorum tuorum a fidelitatis iuramento, quo tibi tenentur, continuationem contumacie ac tam contumacis iniurie subsequatur, consultius facies, si prudenter ista predicto legato humiliter in premissis obediendo preuenias, si ecclesie, prelati ac personis eisdem satisfacere studeas, si eos tibi per concordie semitas reconciliare coneris. Nec te per eos, qui tibi sub appellationum friuolarum uelamine diffugia suggerunt, litigiorum anfractibus patiaris inuolui. Cum enim appellationis remedium ad releuandum oppressos, non ad opprimendos innoxios, sit inductum, nequaquam ulterius in eorundem

prelatorum oppressionem tuis friuolis appellationibus deferemus. Ceterum quia et ad te more patris afficimur, ideoque tibi libenter contra huiusmodi pericula prouidemus, et prelati ac personis eisdem in sua iustitia deesse non possumus, sed eos fouere intendimus, ut tenemur, Serenitatem Regiam [*etc. usque peccaminum*]¹⁾ iniungentes, quatenus animum Regium domino deo tuo humilians, sic nostris et memorati Cardinalis monitis et consilijs pareas, sic errata in premissis emendes, sic ecclesiasticam libertatem et personas ecclesiasticas foueas, quod seueritatem uitando iustitie, saluti tue consulas, fame prouideas, et tranquillitatem prepares, prout expedit Regno tuo. Nos enim, si te nostris beneplacitis in predictis et alijs que dei sunt et tuum honorem commodumque respiciunt coaptare studueris, te tamquam filium predilectum, quantum cum deo poterimus, specialis prerogatiua gratie prosequemur. Alioquin uolumus te solleter attendere, quod ad uindicandas ministrorum suorum iniurias, nec manus, sicut verisimiliter de ipsius benignitate speramus, domini deerit, nec nos, sicut pro certo ex officij etiam necessitate proponimus, in plena et celeri exhibitione iustitie prelati et personis eisdem ministerij nostri auxilium subtrahemus, presertim cum sciamus, eo minus in talibus correctionis debite uirge parcendum, quo ad te ac Regnum tuum affectum gerimus ampliorem.

52.

Clemens IV.

1267.

Brev til Legaten om den samme Sag. Der tales om Kongens og Dronningens Trætte med Ærkebisen af Lund, Biskoppen af Roskilde samt andre Prælater, at Kongen havde negtet at give Møde paa det af Cardinalen berammede Sted, og istedenfor det appelleret til Paven i Rom. Denne Appellation, som var bleven forebragt i Rom af en af Cardinalen sendt Prokurator, betegnes atter som en fræk Appellation. Det paalægges Legaten endnu engang at forsøge paa at bringe Forlig tilveie, hvorved de fordrevne Prælater blive gjenindsatte og faae fuld Erstatning.

¹⁾ 3: monemus et hortamur attente in remissionem ei peccaminum

Vægrede Kongen sig ved at gaae ind herpaa, maatte Legaten dømme i Sagen efter sit Skjøn og give de fordrevne Prælater Myndighed til at ordinere, endskjøndt de vare landflygtige.

(Hertil støtter sig udentvivl Cardinalens fornyede Bandlysning af 10 Septbr. 1267 jfr. Khist. I S. 644, og naar der sammesteds er Tale om Ordinationer til Bispestolene i Slesvig, Odense og Viborg (S. 646), saa er det rimeligviis en Følge af den her meddeelte Tilladelse.)

Clemens episcopus seruus seruorum dei dilecto filio G. tit. sancti Laurentij in Lucina presbitero cardinali, apostolice sedis legato, Salutem et apostolicam benedictionem. Negotium quod inter . . Regem et . . Reginam Datie illustres ex parte una et uenerabiles fratres nostros . . Archiepiscopum Lundensem, Episcopum Roskildensem, ac quosdam prelatos et clericos regni Datie super diuersis articulis agitur ex altera, tibi specialiter per nostras sub certa forma litteras duximus committendum, tuque ad commissionis huiusmodi executionem intendens, Regem et Reginam eosdem ad instantiam Archiepiscopi, Episcopi et prelatorum et clericorum ipsorum citauisti peremptorie, ut coram te certis loco et termino per se uel per procuratorem ydoneum comparerent, eisdem itaque Rege ac Regina in huiusmodi loco et termino per se uel per procuratorem ydoneum coram te non curantibus comparere, Archiepiscopus, Episcopus, prelati et clerici predicti a te inter alia petierunt, super hoc oblato libello, quod cum ipsi per eosdem Regem et Reginam siue suos essent suis sedibus, locis et dignitatibus destituti, et bonis suis ac iuribus spoliati, eos ad sedes, loca, dignitates, bona et iura huiusmodi restitui faciens, amotis quibuslibet detentoribus seu custodibus ab eisdem, predictos Regem et Reginam ad hoc per diffinitiuam sententiam condemnando. Cumque premissa in illis partibus adeo essent notoria, quod nulla poterant tergiuersatione celari, tibi que de ipsis tanquam iudici plene constaret, pro Archiepiscopo, Episcopo, prelati et clericis predictis diffinitiuam in Regem et Reginam predictos huiusmodi diffinitiuæ parere contumaciter contempnentes excommunicationis et in Regnum ipsum interdicti sententias,

exigente iustitia, promulgasti, prout premissa in litteris tuis inde confectis perspeximus plenius contineri. Sane predictis Rege ac Regina suam appellationem, quam apostolicam pro eo se interposuisse asserunt, quod citati ad locum non tutum sibi alium petierunt, tuque id eis pro tue uoluntatis libito pro parte ipsorum humiliter requisitus prosequentibus in nostra presentia per procuratorem ad hoc specialiter destinatum, nos statum ipsius Regni tranquillum et prosperum affectantes, prouidimus per ordinationem utrique parti utilem huiusmodi terminare. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus predictos Regem et Reginam ex parte nostra moneas efficaciter et inducas, quod Archiepiscopum, Episcopum, prelatos et clericos predictos ad prefatum Regnum redire ac in eo secure morari permittant, et super hoc securitatem prestant eidem firmandam ipsorum Regis et Regine ac viginti maiorum personarum eiusdem Regni, quas eligendas duxeris, iuramentis nec non et patentibus litteris sigillorum eorumdem Regis, Regine ac personarum munimine communitis, quodque Archiepiscopum, Episcopum et alios predictos ad ecclesias et omnia beneficia et bona sua immobilia et ad mobilia etiam existentia fructusque perceptos ex eis restituant pacifice et quiete. Post huiusmodi autem assecurationem et restitutionem predictis excommunicationis et interdicti sententijs relaxatis, de bonis et fructibus consumptis per te uel alium aut alios diligenter inquirens, super ipsis, si fieri poterit, compositionem amicabilem facias inter partes. Quod si forte compositio huiusmodi nequiverit prouenire, decernas super hoc, quod tam eiusdem Regni quam Archiepiscopi, Episcopi, prelatorum et clericorum predictorum utilitati et pacifico statui uideris expedire. Prefatos quoque Archiepiscopum, Episcopum, prelatos et clericos promittere facias, super hoc datis litteris et prestito iuramento, quod dictos Regem et Reginam aut suos per se uel per alios publice uel occulte in personis, bonis aut iuribus suis non offendent, nec Regnum predictum

turbabunt, nec uolentibus Regem, Reginam aut Regnum predicta offendere uel turbare prestabunt in hoc consilium, auxilium uel fauorem publicum uel occultum. Si uero Archiepiscopus, Episcopus et alij predicti se noluerint huiusmodi securitati committere, restitutiones huiusmodi eorum nomine facias procuratoribus eorundem, auctoritate nostra eisdem Archiepiscopo et Episcopo concedendo, quod exulentes extra predictum Regnum possint ordinare suos clericos, idemque Archiepiscopus suos suffraganeos, si casus emergerit, consecrare. Ceterum predictis excommunicationis et interdicti sententijs, ut premittitur, relaxatis, et querelis predictorum Regis et Regine, procedas iuxta dudum traditam super eis per alias nostras litteras tibi formam, contradictores etc., non obstante, quod aliquibus a sede apostolica sit indultum etc. Datum Viterbij, anno tertio.

(Munchs Anm.): Paa de ovenfor udprykkede Steder ere Ordene i Originalregistret udeladte, dog med aabne Rum til Udfylkning.

53.

Clemens IV. (?)

c. 1270.

Bebreidelser til Provindsial-Prioren og til Prædikebrødrene, at de krænkede Interdiktet, Guido havde paalagt, endskjøndt Minoriterne i sømmelig Lydighed vaagede over dets Overholdelse, og det uagtet mange kirkelige Personer i Riget viste den samme Gjenstridighed. Til Løn for deres Lydighed fik de kun Fortræd, og Prædikebrødrene hjalp trolig til; man fremstillede dem som Kongens Fjender; man forhindrede dem i at prædike, om de end vare opfordrede dertil af Sognepræster, ja de Sognepræster, som opfordrede dem, bleve endog fjernede fra deres Kirker, ligesom Ordenens andre Velgjørere fortrædigedes paa andre Maader. I alt dette toge Prædikebrødrene Deel, og sagde offentlig, at de ikke vare forpligtede til at holde Interdiktet. Paven advarer dem, og truer med strænge Forholdsregler.

Clemens (? Gregorius?) Priori prouinciali et fratribus ordinis predicatorum regni Datie [Salutem etc.] Si nobis presumptio laicorum displiceat, quos quodammodo consueta licentia noxie libertatis et ignorantia litterarum excusat, non immerito in clericorum quorumlibet, sed presertim religio-

sorum prouocamur excessibus, qui sub iugo diuine obedientie specialiter constituti, quod sit beneplacitum domino, quid eis vtile, quid proximo salutare in serio sacre pagine speculantur. Sane dilectus filius Minister et fratres ordinis minorum de Regno Datie nobis significare curarunt, quod dilectus filius noster G. titulo sancti Laurentij in Lucina presbiter cardinalis, tunc in partibus illis apostolice sedis legatus, Regnum ipsum certis de causis ecclesiastico supposuit interdicto. Et licet predicti minister et fratres interdictum ipsum reuerenter obseruent, velut obedientie filij tui ex professione ordinis sunt astricti, quamplures tamen aliquae persone ecclesie de dicto regno tam seculares quam regulares interdictum eius negligunt obseruare, vos autem qui super hoc tenemini eis toto posse assistere, presertim pro conseruanda ecclesiastica libertate, predictis ministro et fratribus ex eo multipliciter detrahitis, quod interdictum ipsum obseruant, quos nichilominus excommunicatos et aduersarios fore Regis Danorum illustris asseritis, ac in suis predicationibus, etiam si uocentur a rectoribus ecclesiarum parochialium, pro uestro libertatis arbitrio impeditis, ita quod aliquos de ipsis rectoribus, qui fratres eosdem ad predicandum admiserant, procurastis a suis ecclesiis amoueri, alias tam illos quam alios fratrum benefactores ipsorum diuersimode molestando. Nec hijs contenti publice coram populo affirmatis, quod dicti fratres confessiones illorum qui eis sua uolunt confiteri peccata audire non possunt, quodque non tenet quam ipsis impediunt (sic) absolutio pro commissis, et ut sepedictos fratres exosos predicto regi, magnatibus et alijs dicti regni reddatis, premissis et alijs modis quam pluribus diffamare contenditis, predicantes publice, uos ad obseruationem eiusdem interdicti aliquatenus non teneri. Sic ergo, si bene aduertatis, altare uidetur aduersus altare consurgere, domus impingere ad casum mutue depersionis (sic) in domum, et in celo stelle stupendis cursibus inuicem dimicare, dum religiosi, qui precipue in pacis uinculo vnitatem spiritus obseruare tenentur, per im-

petitionis mutue scandala se collidunt, hic si quidem contradictionis modus nostris nouit sensibus et apostolici uigoris moribus arguendus, quia si morantes in contemplationis excelso ad quos pro caritatis obseruandis nexis actiuorum respectus habetur circa proximos pacem non habeant unde tranquillitatis et concordie reliquis secularibus exempla poterunt salutaria prouenire, quid plura cum dicti ministri et fratres circa interdictum ipsum obseruant pro bono salutaris obedientie, nullis debent detractionibus subiacere, nullisque iniuriis affici, sed potius laudibus condignis attolli, a premissis et alijs quibuslibet iniuriosis molestijs penitus destituti; alioquin nos uolumus pro constanti tenere, quod si clamor similis ueritate suffultus ulterius ad nos ueniat, nequaquam dissimulare poterimus, quin contra vos grauiter procedamus.

54.

Clemens IV. (?)

c. 1270.

Formaning til det danske Folk angaaende Minoriternes Klagemaal over den Overlast, de maatte lide fordi de holdt Interdiktet. De beskyldtes for at forraade Konge og Rige; de forhindrede i at røgte det Hverv, som var dem overdraget af Paven; ja somme Steder var man gaaet saavidt, at Ingen af Brødrene maatte prædike, Ingen samle Almisse, hvorved de nødtes til, enten at forlade Land og Rige til stor Skade og Skam for alle Indbyggerne, eller at bryde Interdiktet og altsaa forbryde sig imod den romerske Stol. De havde derfor begjæret, at Interdiktet maatte formildes, men det kunde ikke skee; derimod formaner Paven Folket til at gaae i dem selv og erkjende, at Brødrene snarere skulde roses end lastes for deres Lydighed.

(Om denne Uenighed mellem de tvende Tiggerordener under Interdiktet s. Khist. I S. 641. 652. — Clemens IV. døde d. 29de November 1268 og efter hans Død stod Pavestolen ledig indtil Gregor X. blev valgt den 1ste Septbr. 1271. Hvis Brevene hidrøre fra Aaret 1270, ere de altsaa udgaaede i Vacancetiden.)

Clemens (? Gregorius?) Populis Regni Dacie Sal. Uirtus obedientie salutaris illum in mentibus dilectorum filiorum ordinis fratrum minorum per dei gratiam inuenitur habere

uigorem, vt ipsi promptis affectibus ea delectantur (sic) efficere, que religiosam honestatem percipiunt continere, ac diuina (sic) uoluntati fore placita et apostolice sedis notitia se ac sua ita retinendo (?) totaliter obtenta diuini nominis adherentes suauiter obedientie sancte iugum, nichil sibi retinent proprie uoluntatis, sicque religionem suam mittem (sic) et humilem, quam ostendunt in abiectu habitu, student exequi cum effectum, prout ex eo inter alia potest colligi manifeste, quod cum dilectus filius noster. G. titulo sancti Laurentij in Lucina presbiter cardinalis, tunc in partibus illis apostolice sedis legatus, regnum Datie certis de causis ecclesiastico supposuerit interdicto, pluribus alijs personis de Regno, tam secularibus quam regularibus, huiusmodi non seruantibus interdictum, dilecti filij minister et fratres supradicti ordinis de regno eodem, prout ex ipsorum petitione collegimus, interdictum obseruare premissum uelut obedientie prefate filij salubriter elegerunt. Verum quidam de ministris dilecti Regis Danacorum illustris propter hoc aduersus dictos ministrum et fratres, quos, si recte saperent, exinde laudare debent (sic), iniuste comoti, et uirtutum preconia indetracti omni (sic) eloquia nequiter conuertentes, prefatos ministrum et fratres excommunicatos existere ac dictorum Regis et Regni proditores dicere non uerentur, impediens eos, ne crucis predicationem, cuius officium pro terre sancte subsidio est eis in eodem regno a predicta sede commissum, ualeant exercere, nec hijs contenti temerario ausu et nonnullis dicti regni partibus inhibuisse dicuntur, ut nullus ad predicationem dictorum fratrum accedere, vel eis elemosinas, super hoc apposita certa pena, elargiri presumat, sicque fidelibus illarum partium se ab ipsorum ministri et fratrum deuotione solita subtrahentibus, nec curantibus illis elemosinas porrigere iuxta morem, necessitudo sequitur, quod dicti ministri et fratres de regno ipso recedere, non sine regni eiusdem et multorum aliorum suorum incolarum infamia, uel interdictum uiolare huiusmodi, non absque nostra et predictae sedis offensa, cogun-

tur; cum autem dicti minister et fratres circa interdictum relaxandum premissum a nobis gratiam, propter quam insisteret fecerunt suppliciter, nequiverunt, cum non debuerint, obtinere, Nos ministrum et fratres eosdem in hac parte penes nostre sinceritatis industriam excusantes, vniuersitatem uestram rogamus et hortamus attente, in remissionem uobis peccaminum iniungentes, quatenus considerantes prouide, quod iidem ministri et fratres ex eo, quod interdictum ipsum obseruant pro bono salutaris obedientie, ad quam ex sui ordinis professione tenentur, nullis debent iniurijs affici, sed potius laudibus condignis attolli, eis tali pretextu solite pietatis uiscera non claudatis, sed habentes ipsos pro diuina et apostolice sedis ac nostra reuerentia efficaciter in domino commendatos, eis in elemosinarum largitione gratuita et alijs suis necessitatibus uos exhibeatis fauorabiles et benignos, ita quod uobis exinde a bonorum omnium retributore proueniat, quod ipse suis fidelibus proprijs actibus recompensat (sic), Nosque nichilominus deuotionem uestram exinde merito commendare possimus.

(M. Anm.) Overmaade feilfuldt skrevet. Indetracti omi eloquia synes at skulle være in detractiois eloquia.

55.

Johan XXI.

13 Januar 1277.

Efterat Trugot var valgt til Ærkebiskop i Lund, indfandt han sig i Rom, hvor Paven prøvede hans Valg og ordinerede ham med egne Hænder. Han anbefaler ham derfor i dette Brev til Kongen, med den Begjæring, at han vilde gjengive Kirken det Guds, hans Officialer og Tjenere ulovligt forholdt den enten i hans eller deres eget Navn.

(Trugot var den første lundske Ærkebisp, der blev ordineret i Rom, Khist. I S. 659; hans Ordinationsdag ansættes til 27de Decbr. 1277 (efter Script. VI p. 626. 646), men maa altsaa rettes til 27de Dec. 1276, og Ordinationen blev altsaa foretaget af Pave Johan XXI. eller af dennes Eftermand, Nicolaus III.)

Johannes etc. carissimo in Christo filio Illustri Regi Dacie Salutem etc. Regi Regum, per quem regnas et re-

gens gratum obsequium impendere comprobaris, si ministris eius in hijs precipue qui pontificali sunt prediti dignitate, regijs assistis auxilijs, eosque confoues fauoribus opportunis. Presentatam siquidem nobis electionem de venerabili fratri nostro Trugoto Archiepiscopo, tunc canonico Lundensis ecclesie, factam in ea, tunc pastoris regimine destituta, examinauimus diligenter, et tandem electionem ipsam, quia eam inuenimus de persona idonea canonice celebratam, de fratrum nostrorum consilio duximus confirmandam, administrationem plenam ipsius ecclesie sibi tam in spiritualibus quam in temporalibus committentes, consecrationis munere ei propriis manibus nostris impenso, ac tandem palleo, quod est insigne pontificalis officij, nichilominus assignato; firmam namque de eo fiduciam gerimus, quod cum sit discretus et prouidus, necnon de morum uenustate, uita laudabili et scientia commendatus, dicta ecclesia per suam industriam, diuina fauente clementia, in statum salutis dirigi, et in prosperis debeat ampliari. Licet igitur idem Archiepiscopus, uelud tui preco nominis et zelator honoris, gratosus esse in oculis tue celsitudinis censeatur, ut tamen eo tibi sit carior, quo eum esse nobis perceperis in Christo dilectum, excellentiam regiam duximus attente rogandam, quatenus tu prefato Archiepiscopo, quem pro suis laudabilibus meritis interne complectimur brachio caritatis, pro apostolice sedis et nostra reuerentia exhibeas affectum beniuolum et opere gratiosum, ei quecumque bona ipsius ecclesie a tuis officialibus seu ministris siue subditis alijs tuo uel proprio nomine illicite detinentur, restituas seu restitui facias, et eiusdem ecclesie iura, quantum in te fuerit, ita protegas et defendas, quod a nobis tue magnitudini propter hoc condigna gratiarum actio et tandem a dei clementia corona Regni perpetui compensetur. Datum Viterbij, Id. Januarij pontificatus nostri anno primo.

56.

Nicolaus III.

25 Mai 1278.

Brevet indeholder en Anmodning til Kong Erik om at tillade Indsamlingen af den hellige Landhjælp.

Nicolaus etc. carissimo in Christo filio . . Regi Datie Illustri Salutem etc. Confidentes plenius fili carissime, quod in votis Regijs habeatur precipium, ut illius terre subsidium prospere dirigatur, in qua tue redemptionis pretium fieri uoluit dominus deus tuus, celsitudinem tuam rogamus attente, quatenus pro ipsius gloria et nostra reuerentia pecuniam de decima pro eodem subsidio constituta in tuo Regno collectam et in posterum colligendam, pro eo quod pecunia usualis ipsarum partium, sicut asseritur, crebra mutatione uilescit, benignitate Regia conflari et tandem extra Regnum tuum asportari libere nostro et dicte terre nomine patiaris, ita quod ex hoc tue deuotionis sinceritas apud deum digna premijs statuatur. Datum Rome apud Sanctum Petrum VIII kl. Junij pontificatus nostri anno secundo.

57.

Nicolaus III.

6 Juni 1278.

Kong Erik berømmes for sin Iver for Indsamlingen af Pengene og for at Tienden rigtig blev erlagt.

Nicolaus etc. carissimo etc. Regi Datie etc. Gaudeamus in domino, quod tue deuotionis studia, sicut nobis assertionem uotiuam innotuit, sic consurgunt in beneplacitum maiestatis diuine, prout ex qualitate tuorum operum colligitur euidenter, quod te ipsius dignum reddis premijs, et nostre benedictionis gratia non indignum. Intelleximus siquidem quod tu, ad itinera eternitatis properare cupiens actuum claritate, ac propter hoc in diuino seruitio non solum manum operationis laudabilis excitans, sed et labium efficacis persuasoris assumens, Regni tui populum discretis inductionibus et monitionibus sedulis excitasti, ut in Terre

sancte subsidium denarium, constitutum ad hoc in Lugdunensi concilio, liberaliter exhiberent, teque in promouendo negotio decime in eodem Regno et feliciter dirigendo constituens laudabiliter propitium, fauorabilem et benignum. Quare fili carissime, licet ex huiusmodi pijs ministerijs gloria tui nominis longe lateque reddatur insignis, nichilominus tamen nos, qui te inter amplexus specialis dilectionis complectimur, ex hijs, que ita illuminant sensus tuos, in plenam exultationem euecti, sinceritatem mentis Regie in hac parte multipliciter commendantes, ac propter hoc referentes tibi sollempnia gratiarum, celsitudinem tuam rogamus attentius, quatenus sic studeas in pietatis operibus crescere, et exhuberare fructibus caritatis, quod Regis superi ministra misericordia de Regno caduco feliciter ad Regnum peruenias sempiternum. Datum Rome apud sanctum Petrum VIII. Id. Junij pontificatus nostri Anno secundo.

Utrykte Pavebreve

angaaende danske Kirkeforhold.

Ved Dr. L. N. Helveg.

II.

58.

Nicolaus III.

6 Juni 1278.

Opfordring til Ærkebisen af Lund og Rigets andre Biskopper om med Iver at tage sig af Indsamlingen af Tienden til det hellige Lands Hjælp; (see om denne Khstr. I. S. 653—54); det der var indsamlet skulde bringes til Ribe, for derfra at føres til Frankrig.

Nicolaus etc. Venerabilibus fratribus Archiepiscopo et vniuersis Episcopis in Regno Datie constitutis Salutem etc. Tanto ad terre sancte commoda procuranda uos decet consurgere promptiores, quanto illam eius beaui presentia, cuius effusio sanguinis extitit nostra salus. Cum itaque decima ipsius terre, que prohdolor, non sine ignominia Christiani nominis, sub infidelium potestate consistit, eiusdem terre subsidio deputata, quedam quantitas pecunie in uestris ciuitatibus et diocesibus ut intelleximus sit collecta, vniuersitatem uestram rogamus et hortamur attente per apostolica uobis scripta in uirtute obedientie districtae precipiendo mandantes quatenus ob reuerentiam crucifixi, cuius in hac parte res agitur, et nostram, singuli uestrum pecuniam in locis de decima huiusmodi uestre iurisdictioni subiectis collectam, ad portum Ripensem procuretis sub custodia fida deferri. Ita quod dicta pecunia postea in Franciam per dilectum filium Magistrum Bertrandum Amal-

rici Capellanum nostrum Remensem canonicum in Datie et Suetie Regnis collectorem decime a sede apostolica deputatum, deferri possit seu mitti, ad quod eidem Capellano auxilium et consilium quantum in uobis fuerit uos uolumus impertiri, preces autem et preceptum nostrum sic studeatis sollicite ac fideliter adimplere, quod eiusdem subsidij exhibitione operis laudabiles comprobemini zelatores, Nosque proinde deuotionis uestre sinceritatem dignis in domino laudibus commendemus. Datum Rome apud Sanctum Petrum viii. Id. Junij pontificatus nostri anno secundo.

In e. m. venerabilibus fratribus Archiepiscopo et Vniuersis Episcopis in Regno Suetie constitutis, usque in fine, excepto quod ubi dicitur ad portum Ripensem debet dicere ad portum Scarensem.

59¹⁾.

Nicolaus III.

9 Juni 1278.

Nogle Klerke i Ribe og Slesvig By og Stift havde været forsømmelige med at udrede Tienden, hvorfor de vare blevne afsatte ja endog lyste i Band. Biskopperne Tyge i Ribe og Bondo i Slesvig havde alligevel ladet dem forblive i deres Embeder, ja endog selv vægret sig ved at udrede Tienden af deres Indkomster. I den Grad vare de faldne i Gjerrigheds Snare, at hvad de havde ydet i tre Aar neppe naaede den Sum, de efter Vurdering skulde yde for eet Aar. Derfor paalægger Paven den beskikkede Indsamler Bertrand at undersøge Sagen og formane dem til inden een Maaned at betale hvad de skyldte; hvis de ikke gjorde det, skulde han stevne dem til Rom.

Nicolaus etc. dilecto filio Magistro Bertrando Amalrici Capellano nostro Canonico Remensi in Datie et Suetie Regnis collectori decime terre sancte subsidio deputate Salutem etc. Nuper ex serie tue insinuationis accepimus, quod tu nonnullos clericos Ripensium et Sclauicensium (sic) ciuitatum et diocesum pro eo quod a te diligenter moniti

¹⁾ Dette Brev saavel som de foregaaende Numere (56.-59) henfører Munch til 1273, men denne Angivelse kan ikke være rigtig, da Nicolaus III først blev Pave d. 25 Novbr. 1277. De maa henføres til 1278 eller maaskee rettest til 1279.

decimam de redditibus suis ecclesiasticis soluere statutis terminis in Lugdunensi concilio non curarunt, a beneficiorum suorum perceptione suspendere, aliquos uero ex eis excommunicationis sententia innodare exigente iustitia curauisti, in venerabiles fratres nostros Thutonem (sic) Ripen., et Bondonem Sclauicen. (sic) Episcopos, si dictos clericos ligatos taliter suorum beneficiorum paterentur percipere redditus, et in eisdem beneficijs ministrare, ipsi quoque Episcopi suorum prouentuum neglexerint soluere decimam in huiusmodi terminis interdicti sententia promulgata. Porro dicti Episcopi in hac parte in notabilis preuaricationis offensam incidere non uerentes, non sine diuini timoris et apostolice sedis contemptu, ac graui preiudicio terre sancte, prefatis clericis sic excommunicatis et suspensis non solum non formidant diuinis communicare officijs, uerum etiam eos patiuntur beneficiorum suorum percipere redditus, et ministrare etiam in eisdem. Idem quoque Episcopi honoris pontificalis facti immemores, in detestabilioris presumptionis ausum erecti, nedum quod decimam suorum prouentuum non soluerint in terminis memoratis, immo quod execrabilius est iidem notabilis auaritie laqueo irretiti, decimam quam de Triennio persoluerunt, non sine fidei uiolate nota et ipsorum salutis interitu adeo defalcarunt, quod uix quantitatem solute decime pro primo anno ab eis quantitas solutionis per idem Triennium facte, iuxta communem estimationem attingit. Quia igitur hec si uera sunt tanto in eisdem Episcopis pernitiore censentur exemplo, quanto eorum alij claritate operum informandi, ex premissorum qualitate corrupti facilius ad actus accedent obuios saluti hominis utriusque, ac propter hoc nolentes illa coniuentibus oculis pertransire, ne quod absit si remanserint incorrupta, fiant alijs materia delinquendi, descretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus inquiras super hijs diligentius ueritatem, et si demum tibi constiterit predictos Episcopos culpabiles in premissis, ipsos moneas diligenter, ut infra vnum Mensem post monitionem tuam super hijs tibi

nostro et terre sancte nomine satisfaciant competenter. Si uero ipsi infra idem tempus contempserint huiusmodi monitioni parere tu extunc ipsos suspensos ab officio et beneficio ex parte nostra peremptorie citare procures, ut infra terminum peremptorium quem eis duxeris prefigendum personaliter compareant coram nobis pro meritis recepturi. Diem uero citationis et formam et quicquid inde feceris, nobis per tuas litteras harum seriem continentes rescribere fideliter non postponas. Datum Rome apud Sanctum Petrum. v. Idus Junii pontificatus nostri anno secundo.

60.

Martin IV.

30 Sept. 1281.

Prioren og Munkene i Odense Kirke havde ikke betalt Tienden til det hellige Land inden den fastsatte Tid, og vare derfor hjemfaldne til Band, da de desuagtet havde vedblevet deres Kirketjeneste. Siden havde de ved Procuratorer betalt i Rom en Sum til det pavelige Skatkammer, med den Forsikkring, at dermed var alt afgjort, hvorfor de begjærede Løsning af Band. Paven overdrog Abbeden for Holme Kloster og Prioren for Prædikebrødrene i Odense at undersøge, om det forholdt sig saaledes, og da løse dem af Band.

Martinus etc. dilecto filio . . Abbati Monasterij de Holm Othoniensis diocesis et . . Priori fratrum ordinis predicatorum Othoniensium Salutem etc. Ex parte dilectorum filiorum . . Prioris et Monachorum Othoniensis ecclesie fuit expositum coram nobis, quod ipsi pro eo quod decimam terre sancte subsidio deputatam in statutis terminis integre non soluerunt, latam generaliter in tales per Collectorem decime in illis partibus deputatum, excommunicationis sententiam incurrerunt, se postmodum diuinis officijs, non tamen in contemptum clauium immiscendo. Cum autem dicti Prior et Monachi qui nuper dilectos filios Magistrum Nicolaum dictum Pir, Canonicum Ripensis ecclesie, et fratrem Strangonem Monachum ipsorum nuntios speciales, Centum et Quadraginta Marchas, et viginti solidos Sterlingorum, de pecunia predictae decime dilectis filijs Magistris Raynaldo de Castronouo, et Vberto de Placentia Capellanis

et Thesaurarijs nostris ad recipiendum legata, obuentiones, et alia terre sancte deputata subsidio constitutis a nobis in Romana curia plenarie satisfacisse se asserant de decima prelibata, nobis humiliter supplicarunt, ut providere ipsis de absolutionis beneficio misericorditer curaremus. Quia uero nobis non constitit de huiusmodi satisfactione plenaria ipsius decime, ab eisdem Priore et Monachis exhibita sicut dicunt, discretioni uestre de qua plenam in domino fiduciam gerimus per apostolica scripta mandamus, quatenus, si Prior et Monachi supradicti proprio ab eis coram uobis prestito firmauerint iuramento, quod ipsi decimam ipsam computatis in ea centum et quadraginta marchis et solidis supradictis integre duxerint persoluendam, uos eosdem auctoritate nostra ab huiusmodi excommunicationis sententia iuxta formam ecclesie absoluatis, dispensantes hac uice cum eis super irregularitate quam incurrisse noscuntur, se diuinis officiis immiscendo, iniuncto eis quod de iure fuerit iniungendum. Non obstante indulgentia siqua tibi fili Prior uel ordini tuo a sede apostolica sit concessa, quod non tenearis te intrmittere de negotijs quibuscumque que tibi per ipsius sedis litteras committuntur, nisi in eis de indulgentia huiusmodi et eodem ordine plena et expressa mentio habeatur. Datum apud Urbem ueterem ij kl. Octob. pontificatus nostri Anno primo.

61.

Martin IV.

13 Apr. 1282.

Om Ærkebispervalget i Lund efter Trugots Død (cf. Nr. 55). Kapitlet havde eenstemmig valgt Ærkedegnen Johannes (Dros); hans Valgbrev blev sendt til Rom, men selv indfandt han sig ikke, endskjøndt det var, hvad Pave Nicolaus III's Konstitution krævede. Derved havde han egentlig forspildt sin Ret, men paa Grund af Eenstemmigheden ved hans Valg og hans personlige Dygtighed beskikkede Paven ham alligevel, paa det Vilkaar, at han siden skulde modtage Ordinationen af Pavens Haand. Brevet er stilet til Kongen, for paa sædvanlig Viis at anbefale den nye Ærkebiskop til Kongens Bevaagenhed. (Jfr. Suhm X S. 802. 850).

Martinus etc. Carissimo in Christo filio . . Regi Dacie Illustri Salutem etc. Dudum Lundensi ecclesia per obitum bone memorie T. Lundensis Archiepiscopi destituta pastore, dilecti filij . . Prepositus et Capitulum eiusdem ecclesie certa die ad eligendum prefixa, uocatis omnibus qui uoluerunt, debuerunt et potuerunt commode interesse, in loco ad hoc solito insimul conuenerunt, et spiritus sancti gratia inuocata, uota sua in venerabilem fratrem nostrum Johannem Archiepiscopum tunc Archidiaconum ecclesie supradicte quasi per inspirationem unanimiter et concorditer direxerunt, ac idem Prepositus, commissa sibi ab eodem Capitulo eligendi eundem Johannem Archiepiscopum in suum et ipsius ecclesie Archiepiscopum potestate, eum uice sua et omnium ac singulorum de dicto Capitulo in Lundensem Archiepiscopum duxit canonice eligendum, et electionem huiusmodi ab eodem preposito sollempniter publicatam dicti Capitulum uoto unanimi receperunt et etiam approbarunt, idemque Johannes Archiepiscopus ipsi electioni de se facte ad Prepositi et Capituli predictorum instantiam consensit. Et demum dicti Prepositus et Capitulum eiusdem electionis decretum nobis per suos nuntios presentantes, per eos ac suas litteras humiliter supplicarunt, ut electionem ipsam confirmare de benignitate sedis apostolice dignaremur. Nos igitur processum super hijs habitum necnon et personam ipsius Archiepiscopi examinari fecimus diligenter. Licet autem inter alia compertum extiterit, quod in assumendo iter occasione huiusmodi ad sedem apostolicam ueniendi constitutionem felicis recordationis Nicolai Pape predecessoris nostri super hoc editam ut debuerat non seruauit, et ideo a iure si quod sibi per dictam electionem competeat omnino ceciderat, etiam si fuisset canonica electio supradicta, Nos tamen attendentes tantam concordiam tantamque unanimitatem in hac parte prepositi et Capituli predictorum, considerantes quoque Persone eiusdem Johannis Archiepiscopi a pluribus fidedignis de honestate uite, moribus et scientia multifarie commendate mul-

tiplicem probitatem, ac nolentes predictam ecclesiam diutine uacationis dispendia sustinere, ipsum Johannem de apostolice plenitudine potestatis et fratrum nostrorum consilio predictae Lundensi ecclesie prefecimus in Archiepiscopum et pastorem, plenam et liberam administrationem illius eidem Archiepiscopo in spiritualibus et temporalibus committentes, sibi postmodum nostris manibus munere consecrationis impenso, firma concepta fiducia, quod dirigente domino actus suos eadem Lundensis ecclesia per eiusdem Archiepiscopi circumspectionis industriam in spiritualibus et temporalibus prospere dirigetur, et salubria suscipiet incrementa. Quare Celsitudinem Regiam paterno rogamus et hortamur affectu, quatenus eundem Archiepiscopum et commissam sibi ecclesiam prelibatam pro diuina et apostolice sedis ac nostra reuerentia habens propensius commendatos, sic te dicto Archiepiscopo fauorabilem exhibeas et benignum, ac ipsum et predictam ecclesiam tue beniuolentie gratia prosequaris, quod idem Archiepiscopus Regalibus fultus presidijis commissum sibi regimen facilius et efficacius prosequatur, nosque proinde magnificentiam tuam dignis in domino laudibus non immerito attollamus. Datum apud Vrbemueterem Id. Aprilis pontificatus nostri anno secundo.

62.

Martin IV.

5 April 1282.

Med dette Brev oversender Paven den nye Ærkebiskop Palliet ved en Kardinal-Diakon J. (Dette Brev synes at staae i Modstrid med det foregaaende, hvor der kræves, at Ærkebissen skal modtage Ordinationen af Pavens Haand; men Meningen maa da være den, at Kardinal-Diakonen skulde fungere i Pavens Sted).

Martinus etc. venerabili fratri Johanni Archiepiscopo Lundensi Salutem etc. Cvm palleum insigne uidelicet pontificalis officij a nobis ea qua decet instantia postulasses, Nos tuis supplicationibus annuentes ipsum de corpore beati Petri sumptum tibi per dilectum filium nostrum J. sancte Marie in Cosmedin diaconum Cardinalem, prestito a te nostro

et ecclesie Romane nomine fidelitatis solito iuramento, duximus assignandum, ut illo intra ecclesiam tuam illis diebus utaris que expressi in ipsius ecclesie priuilegijs continētur. Vt igitur signum non discrepet a signato, sed quod geris exterius intus serues in mente, fraternitatem tuam moneamus attentius et hortamur, quatenus humilitatem et iustitiam, dante domino qui dat munera et premia elargitur obseruare studeas que suum seruant et promouent seruitorem, et Lundensem ecclesiam sponsam tuam cures sollicitate auctore domino spiritualibus incrementis et temporalibus ampliare. Datum apud Vrbemueterem non. Aprilis pont. nostri anno secundo.

63.

Martin IV.

26 April 1282.

Dette Brev, tilligemed de efterfølgende Nr. 65, 66, handler om en tyveaarig Trætte angaaende Bispevalget i Viborg, der ikke tidligere har været kjendt af vore Historikere, endskjøndt disse Breve, som Munch bemærker, tidligere have været trykte hos Sbaralea, Bull. francisc. Tom. III, p. 488. 499. 526. 592. Den fører os tilbage til den Tid, da Tvisten mellem Jacob Erlandsen og Kong Erik stod paa sit Høieste, dengang den fordrevne Ærkebiskop i Følge med den pavelige Legat, Guido, kom tilbage, uden dog at vove sig længer end til Slesvig, hvor han 1267 foretog sig forskjellige Bispeordinationer til danske Stifter, som omtales i min Kirkehist. I. S. 646. Der omtales det som tvivlsomt, om den for Viborg beskikkede Biskop Peter nogensinde kom i Besiddelse af sit Stift; hvorledes det forholdt sig dermed, derom meddele disse Breve paalidelig Underretning.

Strax efterat Biskop Niels, der altid havde været Kongehuset hengiven, var død 1267, valgte Kapitlet paa lovlig Maade en Kanik Asger til hans Eftermand, men Ærkebiskop Jacob Erlandsen forkastede dette Valg, og ikke nok med det, men han beskikkede uden videre en anden Mand, en Broder Peter af Franciskaner-Ordenen til Biskop. Kapitlet mødte denne Egenraadighed med en Appellation til Paven, og som Følge heraf skulde Sagen forhandles i Rom. Peter mødte selv, men Asger opgav frivillig sit Valg, uden at dog dette gjorde nogen Forandring, da han nedlagde sit Valgbrev i Kapitlets Hænder, som derpaa i hans Sted valgte Provst Niels i Salling. Der blev af Pave Gregor X (1271—76) nedsat en Kommission for at undersøge Sagen, for hvilken Niels dog ikke mødte selv men lod møde ved en Prokurator. Forhandlingen trak dog længe ud; den ene af Kommissionens Medlemmer blev Pave efter den anden — Johan XXI 1276—77, Nicolaus III 1277—80 — og endnu var Sagen

ikke afgjort. Den udvalgte Biskop Niels havde tilsidst selv indfundet sig i Rom, hvor han døde, og det gav en Forandring i Sagernes Stilling uden at der var kommen nogen retslig Afgjørelse. Biskop Peter, der hidtil som det synes havde forholdt sig rolig i Rom, benyttede sig nu af Øieblikket, reiste til Viborg og satte sig med Magt i Besiddelse af Stiftet. Kapitlet foretog rigtignok et nyt Valg efter Niels's Død, og Valget faldt paa Troels (Trugillus) Provst i Viborg, men ham lod Peter gribe i Kirken og holdt ham længe i Fængsel.

Derover var det Kapitlet førte Klager, og Pave Martin IV overdrog nu ved dette Brev til Biskoppen af Ribe at undersøge Sagen, og hvis han fandt, at det forholdt sig som foregivet var, skulde han ved kirkelig Censur eller, om fornødent gjordes, ved verdslig Magt, tvinge Peter til at frigive den udvalgte Biskop samt stevne ham til at møde i Rom inden 6 Maanedere.

Martinus etc. venerabili fratri . . Episcopo Ripensi Salutem etc. Significarunt nobis dilecti filij Symon et Johannes canonici ecclesie Vibergensis ordinis sancti Augustinij quod olim, ecclesia ipsa pastoris solatio destituta, capitulum eiusdem ecclesie quondam Ascerum ipsius ecclesie canonicum tunc uiuentem in Vibergensem Episcopum concorditer et canonice elegerunt, et tandem cum ipsi bone memorie Jacobo Archiepiscopo Lundensi loci metropolitano electionem huiusmodi presentantes illam postulassent ab eo humiliter confirmari, quia dictus Archiepiscopus electionem ipsam confirmare contra iustitiam recusauit, dicti Electus et Capitulum ad Sedem apostolicam appellarunt. Verum dictus Archiepiscopus, huiusmodi appellatione contempta, de fratre Petro ordinis Minorum eidem ecclesie de facto, cum de iure non posset, prouidit, munus sibi consecrationis postea impendendo, propter quod dicti Capitulum, cum id ad eorum peruenerit notitiam, iterato uocem appellationis ad sedem emiserunt eandem. Cumque coram felicis recordationis Clemente Papa iiii predecessore nostro dictus Petrus personaliter et procuratores alterius partis aliquamdiu in negotio electionis et prouisionis huiusmodi deuoluto ad sedem apostolicam postmodum processissent, prefatus Ascerus cupiens consulere sue quieti sponte et libere renuntiauit electioni huiusmodi in manibus Capituli memo-

rati. Idem autem Capitulum huiusmodi resignatione recepta quondam Nicolaum prepositum ecclesie de Saling tunc uiuentem in suum episcopum per electionem canonicam concorditer assumpserunt, et tandem procuratoribus eorundem Nicolai et Capituli pro sepefati negotij prosecutione apud sedem apostolicam constitutis bone memorie Gregorius papa Xus primo pie recordationis Johannem Papam XXI predecessorem nostrum, tunc Episcopum Tusculanum, et postmodum felicitis recordationis Nicolaus tertius predecessores nostri Romani pontifices venerabilem fratrem nostrum Latinum Ostiensem Episcopum, et demum ipso se transferente ad partes remotas, dilectum filium nostrum Jacobum Sancte Marie in Via lata diaconum Cardinalem concesserunt in negotio huiusmodi partibus auditores, coram quo quidem Jacobo Cardinali, cum Petrus et Nicolaus Electus, ac procuratores prefati in negotio huiusmodi processissent, et fuisset tandem ab eo a quadam interlocutoria quam in negotio huiusmodi ipse tulerat, pro parte predictorum Nicolai electi et capituli ad Nicolaum predecessorem appellatum eundem, dictus Nicolaus Electus apud eandem sedem diem clausit extremum. Porro postmodum cum dicti capitulum dilectum filium Thrugillum prepositum eiusdem ecclesie Viburgensis in suum episcopum canonice et concorditer elegissent, dictus Petrus tunc propter hoc apud sedem constitutus eandem, cupiditatis ductus consilio, eodem indeciso negotio, ad ecclesiam Viburgensem predictam accedens, temeritate propria ipsam interposita uiolentia occupauit, et administrat etiam in eadem. Vnde idem Petrus tamquam sibi in hac parte male conscius hesitans uehementer predicti Thrugilli electi oppositione sibi in eadem ecclesia turbationis suscitari procellam, et propter hoc contra ipsum Thrugillum iniquitate concepta, eum dei timore sueque religionis honestate postpositis temere capi fecit et tandem carcerali custodie mancipari, ipsumque firmatus in tante temeritatis excessu non expauet adhuc detinere captiuum. Cum itaque hec si uera sint et limam iustitie et uirgam salutaris correc-

tionis exposcant, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus si quod de predicta captione, carceris mancipatione, et detentione prefati Thrugilli electi proponitur inueneris ueritate subnixum, dictum Petrum quod eundem Thrugillum plenarie restituat libertati, monitione premissa, per censuram ecclesiasticam appellatione remota compellas, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, et denique ne impunitus huiusmodi presumptionis excessus committendi similia ceteris fiat exemplum, prefatum Petrum ex parte nostra peremptorie citare procures, ut infra Sex Menses post citationem tuam, pro excessu huiusmodi pro meritis recepturus, et super premissis etiam alijs cum omnibus iuribus et munimentis suis præfatum negotium contingentibus personaliter compareat coram nobis, super hoc dante domino sententiam auditurus; diem uero citationis et formam et quicquid inde feceris, nobis per tuas litteras harum seriem continentes fideliter intimare procures. Datum apud Urbem ueterem vi. kl. Maii pontificatus nostri anno secundo.

64

Martin IV.

18 Juli 1282

Angaaende Opgjørelsen af Regnskabet for Indsamlingen af den helige Landhjælp. Tvende Kaniker i Aarhus havde den pavelige Indsamler lyst i Band, fordi de ikke havde gjort rigtigt Regnskab for de indsamlede Penge. Da de imidlertid efter hans Afreise havde berigtiget deres Regnskab, overdrog Paven det til Biskoppen af Aarhus at løse dem af Band, hvis han fandt, at Sagen var i Rigtighed.

Martinus etc. venerabili fratri . . Episcopo Arusiensi Salutem etc. Exhibita nobis dilecti filij Wilgrippi preposito de Roxho et Magistri Wilg*ppi (sic) canonici Arusiensis ecclesie petitio continebat, quod venerabilis frater noster Bertrandus Arelatensis Archiepiscopus olim Canonicus Remensis, qui super colligenda decima in partibus Datie terre sancte concessa subsidio, dudum a sede apostolica extitit deputatus, in predictos prepositum et cano-

nicum, quos dictus Bertrandus super huiusmodi colligenda decima in tua diocesi collectores duxerat ordinandos, quia in reddenda sibi quadam summa pecunie, quam de prefata decima collegerant, defecerunt, excommunicationis sententiam promulgavit. Sed licet ipsi post recessum eiusdem Bertrandi de partibus supradictis de prefata summa pecunie tibi memorate terre sancte nomine satisfactionem plenariam duxerint prout asserunt impendendam, non sunt tamen ab huiusmodi excommunicationis sententia absoluti. Quare prepositus et Canonicus supradicti nobis humiliter supplicarunt, ut providere sibi de absolutionis beneficio curaremus. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus si tibi plene constiterit prefatos prepositum et Canonicum satisfecisse integre de pecunia supradicta uel si fortassis de ipsa minime satisfecisse noscuntur, tu prius ab illis super hoc integra satisfactione recepta ipsos auctoritate nostra, sublato cuiuslibet obstaculo difficultatis, absolvas a sententia memorata, dispensando cum eis super irregularitate, si quam sic ligati se immiscendo diuinis contraxerunt, iniuncto ipsis quod de iure fuerit iniungendum, et nichilominus quod et quantum ab eisdem Preposito et Canonico receperis nobis per tuas litteras harum seriem continentes studeas fideliter intimare. Datum apud Montemflascon. xv. kal. Aug. pontificatus nostri anno secundo.

65.

Honorius IV.

5 April 1285.

Fortsættelse af den viborgske Biskopstrætte. Biskoppen af Ribe tog sig med Iver af det ham overdragne Hverv, og han maa have fundet, at det forholdt sig rigtigt, som af Kapitlet var foregivet, da han stevnede Peter til ufortøvet at møde i Rom. Men Peter, som frygtede for Sagens Udfald, agtede ikke Stevningen, medens tvende Kaniker mødte i Rom paa Kapitlets Vegne. Pave Martin IV overdrog da Vicekantsler Magister Peter af Mailand at undersøge Sagen, og den blev ved Pavebrev af 10 Juli 1284 afgjort saaledes, at Peter skulde lyses i Band for sin Gjenstridighed, men først af særdeles Overbærenhed endnu engang stevnes til Rom, og mødte han ikke, have alle sine Rettigheder forbrudt. Pave

Martin IV døde imidlertid, inden dette Brev var forseglet, hvad der voldte nogen Forsinkelse, og Brevet blev først udfærdiget af hans Eftermand Honorius IV.

Honorius electus episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri . . Episcopo Ripensi Salutem et apostolicam benedictionem. Dilectus filius Magister Petrus de Mediolano S. R. E. Vicecancellarius retulit in nostra presentia constitutus, quod ipse felicitis recordationis Martino papa predecessore nostro adhuc uiuente, quasdam litteras recepit confectas sub eiusdem predecessoris nomine in hac forma: Martinus episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri . . Episcopo Ripensi Salutem et apostolicam benedictionem. Exposuerunt nobis dilecti filij Magnus et Johannes canonici ecclesie Wibergensis ordinis Sancti Augustini [*ut in epistola Martini dat. 26 apr. 1282 usque ad „diem clausit extremum“.*] Sicque postmodum dicti capitulum quondam Trugillum eiusdem Wibergensis ecclesie prepositum tunc uiuentem in suum episcopum concorditer elegerunt, postea uero cum dictus Petrus propter hoc ad sedem constitutus eandem cupiditatis ductus consilio, eodem indeciso negotio, ad ecclesiam Wibergensem predictam accedens ipsamque temeritate propria manu occupans uiolenta in eadem temerarius ministraret, ac demum dei timore sueque religionis honestate postpositis eundem Trugillum temere capi faciens, eum denique mancipare carcerali custodie presumpsisset, nos tibi nostris sub certa forma dedimus litteris in mandatis, quod prefatum Petrum ex parte nostra peremptorie citare curares, ut infra sex menses post citationem tuam pro excessu presumptionis huiusmodi recepturus pro meritis et super premissis etiam alijs cum omnibus iuribus et munimentis suis compareret personaliter coram nobis super hoc iustam dante domino sententiam recepturus, quamuis autem tu mandati nostri huiusmodi diligens executor prefatum Petrum peremptorie citaueris, ut recepturus pro meritis sicut premittitur et super premissis cum omnibus actis et munimentis suis prefatum

negotium contingentibus infra prescriptum terminum compareret personaliter coram nobis iustam super hoc sententiam recepturus, idem tamen Petrus ut presumitur ipsius ecclesie Wibergensis uberum allectus dulcedine, in huiusmodi negotio formidans euentum iudicii uehementer comparere coram nobis in eodem termino contumaciter non curauit, licet fuerit in audientia publica, ut moris est, citatus pluries et postmodum diutius expectatus, nos igitur tam superbe obstinationis ceruicem et obstinate rebellionis audaciam in eodem Petro humiliare uolentes uirga salutifere discipline, in ipsum Petrum propter huiusmodi contumaciam manifestam excommunicationis sententiam promulgamus et nichilominus, ut huiusmodi calumniosam eiusdem Petri malitiam adiectione mansuetudinis superemus, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ex superhabundanti ipsum per te uel per alium ex parte nostra peremptorie citare procures, ut infra sex menses post huiusmodi citationem tuam sub pena priuationis iuris si quod sibi competit in premissis, quam ipsum nisi paruerit huiusmodi tue citationi incurrere uolumus eo ipso, similiter cum omnibus actis, iuribus et munimentis suis negotium huiusmodi contingentibus personaliter compareat coram nobis, iustam ut premissum est auctore domino sententiam auditurus; ceterum prefatis Magno et Johanni cum proprium utpote religiosi non habeant de quo suis in eiusdem negotij prosecutione necessitatibus ualeant prouidere, ne pro defectu necessariorum cessare a prosecutione huiusmodi negotij compellantur, de redditibus ad mensam Episcopalem Wibergensem spectantibus usque ad ualorem l librarum Turonensium propter hoc quamdiu durauerit causa huiusmodi annis singulis facias ministrari, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, diem autem huiusmodi tue citationis et formam et quicquid inde duxeris faciendum nobis per tuas litteras harum seriem continentes fideliter intimare procures. Datum

apud Urbemuerem X. kl. Julij pontificatus nostri anno quarto. Uerum quia, antequam littere bullate fuissent huiusmodi, predecessor diem clausit extremum, idem uicecancellarius illas nobis, postquam fuimus licet immeriti ad apicem summi apostolatus assumpti, attentius legere procurauit, nos itaque earumdem litterarum intellectu tenore, quod idem predecessor inchoauit in hac parte fauorabiliter prosequentes, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quod premissa iuxta prescriptam formam exequi auctoritate nostra cures, nec mireris, quod bulla non exprimens nomen nostrum est appensa presentibus, que ante consecrationis et benedictionis nostre solennia transmittuntur, quia ii qui fuerunt hactenus in Romanos electi pontifices consueuerunt in bullandis litteris ante consecrationis et benedictionis sue munus modum huiusmodi obseruare. Datum Perusij Non. Aprilis suscepti a nobis apostolatus officij anno primo.

66.

Honorius IV.

18 Decbr. 1286.

Afgjærelse af den viborgske Biskopstrætte. Peter kunde dog ikke i Længden hævde sin Gjenstridighed; han begav sig til Rom, og rimeligviis for at undgaa Afsættelsesdommen, gjorde han her frivillig Afkald paa sit Biskopsembede, hvorpaa Paven overdrog det til Kapitlet at foretage et nyt Valg. Den udvalgte Biskop Troels nævnes ikke mere, hvad enten han ogsaa frivillig har resigneret eller maaskee var død forinden. Desuagtet trak det sig dog noget ud med det nye Valg, og Peter var endnu som Biskop i Viborg tilstede ved Kong Erik Menveds Kroning 1287 (Suhm XI S. 20), men det var vist ogsaa sidste Gang.

Honorius etc. dilectis filijs . . Preposito et Capitulo ecclesie Wibergensis Salutem etc. Cym frater Petrus de ordine minorum, qui diu se gesserit pro Episcopo Wiber-gensi, in manibus nostris sponte ac libere resignarit; nos cupientes ipsi ecclesie sic uacanti de pastore ydoneo ce-leriter et vtiliter prouideri, electionem faciendam de illo uobis de fratrum nostrorum consilio prouidimus remitten-dam, vniuersitati uestre per apostolica scripta mandantes, quatenus deum habentes pro oculis prefate ecclesie de

persona ydonea, que tanto congruat oneri et honori, per electionem canonicam seu postulationem concordem providere curetis, ita quod ex hoc possitis dignis in domino laudibus merito commendari. Datum Rome apud Sanctam Sabinam XV. kl. Januarij pontificatus nostri anno secundo.

67.

Nicolaus IV.

5 Januar 1289.

En lærd Herre, Magister Jakob fra Danmark, Doctor Decret. havde uden pavelig Dispensation oppebaaret Indtægterne af ikke mindre end tre Sognekald (Hoptrup, Jerne og Bryndum) i Slesvig og Ribe Stifter; denne Misbrug maa være bleven paatalt, og den lærde Herre fandt sig bevæget til frivillig at give Afkald paa dem alle, men da han frivillig havde resigneret, blev han, fordi han havde brugt Pengene »til at finde Kundskabens Perle« fritagen saavel for at aflægge videre Regnskab som for videre Tiltale i denne Sag.

Nicolaus etc. Magistro Jacobo Daco doctori decretorum, Canonico Lundensi, Salutem etc. Merita tue probitatis et deuotionis exposcunt, ut in hijs que sunt fauoris et gratie, nos tibi propitios gaudeas inuenisse. Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod tu dudum fuisti primo Hoppetarp, ac deinde Jarne, ac postmodum Brunum, parochiales ecclesias Slewicensis et Ripensis diocesis, quibus animarum cura imminet, assecutus, et illas aliquamdiu absque dispensatione sedis apostolice tenuisti fructus percipiens ex eisdem. Quare nobis humiliter supplicasti, ut providere super hoc saluti tue paterna diligentia dignaremur. Nos itaque qui salutem querimus animarum, uolentes tibi propter tue deuotionis merita facere gratiam specialem, prius a te predictarum parrochialium ecclesiarum libera resignatione recepta, quod ad restitutionem fructuum ex eisdem parrochialibus ecclesijs medio tempore perceptorum, quos tibi remittimus de gratia spetiali, quosque alias expendisse diceris, ut inuenires scientie margaritam, minime tenearis, tibi tenore presentium indulgemus, omnem maculam omnemque notam, si quas predictas ecclesias parochiales taliter retinendo, et percipiendo ex eis fructus ipsos

forsitan incurreristi, abolentes de apostolice plenitudine potestatis. Nulli ergo etc. nostre remissionis, concessionis et abolitionis etc. Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem Non Januar. pontificatus nostri anno primo.

68.

Nicolaus IV.

13 Nov. 1289.

En Dispensation for Ægteskab af beslægtede i fjerde Led, indhentet efterat Ægteskabet var fuldbyrdet; er af Interesse ved de Personer, den angaaer, nemlig den sønderjydske Hertug Valdemar og Elisabeth, en Datter af Hertug Johan af Sachsen Lauenburg. Dette Hertug Valdemars Ægteskab omtales hos Suhm XI. S. 23, men Brudens Navn var tidligere ubekjendt.

Nicolaus etc. Venerabili fratri . . Sleswicensi et . . Razburgensi Episcopis. Exhibita nobis dilecti filij nobilis viri Waldemari Ducis Datie, et dilecte in Christo filie nobilis mulieris Elizabet nate quondam Johannis ducis Saxonie petitio continebat, quod cum olim inter progenitores eorum adeo graues inimicitie extitissent, quod ex eis hinc inde uastationes terrarum aliaque dampna rerum et personarum, quodque periculosius est, animarum pericula prouenerunt, licet ipsi W. et E. scirent se quarto consanguinitatis gradu contingere, ad sedandas tamen omnino prefatas inimicitias et fugienda pericula que imposterum ex premissis poterant euenire, matrimonium insimul per uerba de presenti publice contraxerunt, carnali postmodum inter eos copula consecuta. Cum autem W. et E. predicti habentes exinde conscientias remordentes nequeant absque suarum animarum periculo in ipso matrimonio remanere, ac ex huiusmodi matrimonij separatione, si eam fieri contingeret, inimicitie iam sopite suscitari possent, et grauia deinde in illis partibus scandala generari, et horrenda rerum, personarum ac etiam animarum pericula prouenire, nobis humiliter supplicarunt, ut huiusmodi periculis occurrentes, cum eis, quod, impedimento consanguinitatis huiusmodi non obstante, in sic contracto matrimonio inter eos remanere licite ualeant, dispensare misericorditer dignaremur. Nos igitur qui

salutem querimus singulorum, et libenter Christi fidelibus quietis comoda procuramus, uolentes obuiare scandalis et periculis supradictis, ac de circumspectione uestra plenam in domino fidutiam obtinentes, quia uos de facto et facti circumstantijs habere poteritis notitiam plenioram, presentium uobis auctoritate committimus et mandamus, quatenus si premissis ueritas suffragatur, et timeatur de periculis que narrantur, super quibus uestras intendimus conscientias onerare, cum Waldemaro et Elizabet predictis, quod, dicto impedimento nequaquam obstante, in sic contracto matrimonio remanere licite ualeant, auctoritate nostra dispensare curetis, prout secundum deum ipsorum animarum saluti uideritis expedire, prolem si quam forsitan susceperunt et suscipiendam ex eis legitimam nuntiantes. Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem Id. Nouembr. pontificatus nostri anno secundo.

69.

Nicolaus IV.

15 Marts 1290.

Bemyndigelse for Ærkebiskop Jens Grand, som dengang opholdt sig i Rom for at modtage Ordinationen, til at han maatte ansætte i sit Stift Notarii publici eller som de kaldtes tabelliones, da der hidtil havde været Mangel paa saadanne Folk.

Nicolaus etc. Venerabili fratri Johanni Archiepiscopo Lundensi Salutem etc. Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum, ut cum personarum que contractus legitimos acta iudiciorum et alia huiusmodi redigant in publica documenta sepe defectus in tua ciuitate et diocesi habeatur, prouidere super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, concedendi predictum officium duabus personis quas ad illud post diligentem examinationem ydoneas esse repperis, prius ab eis iuramento iuxta formam presentibus annotatam recepto, plenam tibi auctoritate presentium concedimus facultatem, formam autem iuramenti quod ipsarum personarum quelibet pre-

stabit talis est: Ego etc. . . euangelia¹⁾. Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem Id. Martij pontificatus nostri Anno Tertio.

70.

Nicolaus IV.

18 Marts 1290.

Til Kong Erik Menved angaaende Jens Grands Beskikkelse til Ærkebiskop ved pavelig Provision. Brevet har, som Munch bemærker (Ann. for Nord. Oldkynd. 1860, S. 98), kun sin Mærkelighed derved, at det er holdt ganske i den sædvanlige Tone for slige Anbefalingsbreve, uden at antyde, at der dengang allerede var et spændt Forhold mellem Kongen og Ærkebispnen.

Nicolaus etc. Carissimo in Christo filio . . Regi Datie Illustri Salutem etc. Occurrit nobis de Regia mansuetudine plena fidutia, quod preces nostras, illas presertim quas pro ecclesijs et personis ecclesiasticis excellentie Regali porrigimus, benigno affectu suscipias et affectu beniuolo studeas adimplere, maxime cum apud deum retributionis eterne premium et apud homines laudis preconium tibi exinde acquiratur. Sane dudum Lundensi ecclesia per obitum bone memorie Johannis Lundensis Archiepiscopi pastore uacante, dilecti filij Capitulum ipsius ecclesie venerabilem fratrem nostrum Johannem Archiepiscopum Lundensem, tunc prepositum Roskildensis ecclesie, in Archiepiscopum Lundensem per uiam compromissi concorditer elegerunt, et licet postmodum infra tempus a iure statutum ad apostolicam sedem accesserit pro confirmatione electionis huiusmodi cui consenserat obtinenda, tandem (sic) ipse cupiens fugere presidentie onus, iuri si quod in electione huiusmodi de se facta competeat in nostra presentia sponte ac libere resignauit. Nos itaque huiusmodi resignatione recepta de salubri ipsius ecclesie prouisione sollicitate cogitantes, ad personam eiusdem Archiepiscopi quam per nobilitatem generis, litterarum scientiam, honestatem morum, conuersationem uite laudabilis, prouidentiam spiritualium et circum-

¹⁾ (M. Anm.) Edsformularen i »Hungaria sacra« T. I. Nr. 634.

specionem temporalium, et alia uirtutum dona, dominus ex sue largitatis gratia multipliciter decorauit, direximus oculos nostre mentis, illam fore perutilem ad ipsius ecclesie Lundensis regimen arbitantes. Eapropter de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis eidem ecclesie Lundensi ipsum Johannem in Archiepiscopum preficimus et pastorem, curam et administrationem ipsius Lundensis ecclesie spiritualiter et temporaliter sibi plenarie commitendo, sibi que munus consecrationis de nostris manibus impendendo, ac deinde palleum insigne uidelicet pontificalis officij de corpore beati Petri sumptum ab ipso cum ea qua decuit instantia postulatum, per dilectum filium nostrum Matheum sancte Marie in Porticu diaconum Cardinalem sibi fecimus exhiberi, firma de eodem Archiepiscopo concepta fiducia, quod, dirigente domino actus suos, inibi cultus diuinus augebitur, et eadem ecclesia per sue circumspecionis industriam in spiritualibus et temporalibus prospere dirigetur, et salubria dante domino suscipiet incrementa. Cum itaque filii carissime sit uirtutis opus ecclesias et personas ecclesiasticas presertim pontificali preditas dignitate benigno fauore proseguere et eas uerbis et operibus pro Regis eterni gloria uenerari, Serenitatem Regiam rogamus et hortamur attente, quatenus eundem Archiepiscopum et ecclesiam Lundensem predictam regimini suo commissam pro nostra et apostolice sedis reuerentia habens propensius commendatos te ipsis reddas Regio fauore munificum, et in cunctis opportunitatibus gratiosum, ita quod idem Archiepiscopus tuo fultus auxilio in commissa sibi cura pastoralis officij possit deo propitio prosperari, ac tibi exinde perempnis uite premium, et a nobis condigna proueniat actio gratiarum. Datum ut supra.

71.

Nicolaus IV.

21 Marts 1290.

Brevet er stilet til Roskilde Domkapitel, og omhandler Jens Grands betydelige Gave til samme Capitel, hvorved han oprettede 6 Præbender

(se herom Ann. for nord. Oldk. 1860, S. 67—92, hvor de egentlige Fundationsbreve meddeles).

[Nicolaus episcopus seruus seruorum dei] Venerabili fratri . . Episcopo et dilectis filiis . . Decano et Capitulo Roskildensi Salutem etc. Cvm a nobis petitur quod iustum est et honestum [*etc. usque perducatur effectum*]. Sane petitio uestra nobis exhibita continebat, quod venerabilis frater noster Johannes Lundensis Archiepiscopus, Swetie primas, tunc prepositus uestre ecclesie Roskildensis, cupiens terrena pro celestibus et caduca pro eternis felici comertio permutare, ac in eadem ecclesia, in qua tunc erat vicanarius quaternarius canonicorum numerus institutus, et totidem prebendarum, cultum diuini nominis adaugeri, de possessionibus, redditibus et alijs bonis ad eundem præpositum in Osakar, Castolm, Bylsthorp et in quibusdam alijs locis hereditario iure spectantibus de assensu tuo frater Episcopo sex de nouo creauit in ecclesia ipsa prebendas, ut conferantur sex canonicis, qui una cum alijs eorum concanonicis in prefata ecclesia deuotum impendant domino famulatum, et ad collationem ipsius Archiepiscopi quoad uixerit inibi ad illas pro tempore sub certis conditionibus admittantur, ac nichilominus mense ipsorum usibus, et pro cotidianis distributionibus inter ipsos pro tempore faciendis quasdam alias possessiones et redditus siue census et bona omnia mobilia et immobilia, que idem Archiepiscopus in Tostathonp (sic), Hýrsat in Hastorph, et quibusdam alijs locis tunc temporis obtinebat, concessit et dedit ac perpetuo deputauit, circa residentiam quam tales canonici sic creati in eadem ecclesia facere pro tempore tenebuntur, inter alia per ipsum J. Archiepiscopum adhibito certo modo prout in patentibus litteris inde confectis plenius continetur. Nos itaque uestris supplicationibus inclinati, quod ab eodem J. Archiepiscopo super hijs pie ac prouide factum est, ratum et firmum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus [*etc. usque communimus*]. Tenorem litterarum ipsarum de uerbo ad uerbum presentibus inseri facientes,

Qui tales sunt. (Her følger Brevet, som er dateret: Roskilde 19. Juli 1288, tilligemed Rettelser og Tillæg dateret Viii Id. Maij 1289, begge trykte i Munchs Afhandling om Jens Grand) Nulli ergo etc. nostre confirmationis etc. Siquis etc. Datum Rome apud Sanctam Mariam maiorem xii kl. Aprilis pontificatus nostri Anno Tertio.

(M. Anm.) Breve daterede »apud Sanctam Mariam maiorem« ere altid udstedte fra Quirinalpaladset, der ligger i Nærheden af denne Hoved-Basilica.

72.

Nicolaus IV.

23 Marts 1290.

Dette Brev omtaler en Misbrug, som sikkert ofte fandt Sted, skjøndt den kun sjelden paatales, at nemlig Mænd og Kvinder købte sig Indgang i et eller andet Kloster ved at lægge Jord til Klosteret. Jens Grand fik Bemyndigelse at revse saadan »Simoni« ved at henvise dem til andre Klostre af samme Orden for at gjøre Bod, eller hvis de maatte blive i samme Kloster, skulde de optages paany, og anvises den laveste Plads. Hvad der var bleven givet, skulde anvendes til de Fattige, eller til Givernes Underhold, hvis de henvistes til andre Klostre.

Nicolaus etc. Venerabili fratri Johanni Archiepiscopo Lundensi Suetie primati Salutem etc. Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod nonnulli clerici et mulieres etiam in nonnullis monasterijs diuersorum ordinum tue ciuitatis et diocesis tibi lege diocesana subiectis ingressum habuerunt mediante uitio Symonie, propter quod tu de talium salute sollicitus petuisti statui eorum per sedem apostolicam salubriter prouideri. Nos itaque super omnia cupientes occurrere periculis animarum, fraternitati tue presentium auctoritate committimus, quatenus Religiosos et Religiosas predictos ad alia monasteria suorum ordinum transferre procures, iniuncta eis et eorum cuilibet propter hoc penitentia competenti. Quod si talibus aliorum monasteriorum difficilis reddatur ingressus, ipsos in proprijs monasterijs dispensatiue de nouo recipi facias, eis in choris et rectorijs locis ultimis assignatis, prouiso ut bona que predicti Religiosi suis monasterijs pro ingressu symoniaco contulerunt conuertantur in usus pauperum, uel

pro sustentandis eisdem si ad alia Monasteria transeant deputentur. Datum apud Sanctam Mariam Maiorem x kl. Aprilis pontificatus nostri anno iij^o.

73.

Nicolaus IV.

23 Marts 1290.

Ogsaa de Abbeder, som havde gjort sig skyldige i denne Uredelighed (se Nr. 72), skulde straffes derfor.

Nicolaus etc. Eidem. Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod nonnulli Abbates Monasteriorum diuersorum ordinum tue ciuitatis et diocesis lege tibi diocesana subiectorum ad illorum regimen se assumi temere procurarunt mediante uitio Symonie in suarum periculum animarum, propter quod monasteriorum ipsorum statui etc. Quia uero tales non sunt in suis iniquitatibus tolerandi, fraternitati tue etc. debitum exequaris. Datum ut supra.

74.

Nicolaus IV.

1 Septbr. 1290.

I dette Dispensationsbrev for Ægteskab nævnes en adelig Herre af Aarhus Stift, Stig Andersen, som neppe er nogen anden end den bekjendte Marsk Stig. Er denne Formodning rigtig, da have vi her en Omtale af hans fra Folkevisen bekjendte Døttre, men saaledes at det fremgaaer heraf, kun den ene var hans virkelige Datter, den anden derimod hans Søsterdatter Inge, der dog træder i Datterens Sted. Iøvrigt er Sagen, her omtales, ellers ubekjendt. Stig Andersen havde haft en Trætte med en anden adelig Herre Johannes Esre, der blev bilagt saaledes, at denne skulde ægte Stigs Datter. Trolovelsen fandt Sted, dengang Pigen var et Barn, men hun døde inden hun havde fyldt sit tolvte Aar; for at Forliget alligevel kunde staa ved Magt begjærede han nu Stigs omtalte Søsterdatter til Ægte. Det stemmer ganske med Folkevisens Beretning, at det er den norske Konge (Erik), som anbefaler Sagen og begjærer den pavelige Dispensation.

Nicolaus etc. Venerabili fratri . . Episcopo Arusiensi Salutem etc. Exposita nobis dilecti filij Nobilis viri Johannis dicti Esre petitio continebat, quod ipse dudum ad sedandas graues inimicitias et guerrarum caussas inter eundem Johannem et Nobilem virum Stigotum Andree tue

diocesis et eorum consanguineos exortas, quondam legitimam filiam ipsius Stigoti tunc minorem quinque annis promisit sibi matrimonialiter copulare. Verum predicta filia ante quam ad annum duodecimum perueniret, quamquam post septimum etatis sue annum rata sponsalia huiusmodi habuisset, debitum nature persoluit. Cum autem prefatus Johannes, ut inimicitias et guerras easdem sedari contingeret, dilectam in Christo filiam Ingam, filiam sororis ipsius Stigoti, cupiat pro bono pacis et unitate cocordie ducere in vxorem, suppliciter petebatur a nobis, ut non obstante publice honestatis iustitia prouidere super hoc de dispensationis beneficio misericorditer dignaremur. Nos igitur carissimi in Christo filii nostri . . Regis Norwegie Illustris, propter hoc nobis humiliter supplicantis, benigne annuere precibus intendentes, ac uolentes huiusmodi guerrarum et iniuriarum periculis obuiare, gerentes quoque de circumspeditione tua fidutiam in domino plenior, fraternitati tue presentium auctoritate committimus et mandamus, quatenus si premissis ueritas suffragatur, super quibus tuam intendimus conscientiam onerare, cum Johanne et Inga prefatis, quod impedimento non obstante predicto matrimonium inuicem contrahere ualeant, et tandem in contracto licite remanere, auctoritate nostra dispenses prout secundum deum uideris expedire. Datum apud Vrbemueterem kl. Sept. pontificatus nostri Anno Tertio.

75.

Nicolaus IV.

5 Aug. 1291.

Dispensationsbreve for Klerke, der ere Præstesønner, at de maa modtage den præstelige Vielse og forfremmes til de høiere Grader, uanseet at de ikke ere fødte (defectus natalium). Fuldstændigt meddeles det, som angaaer en Præst af Ribe Stift, Michael Lauesen af Aastrup.

[Nicolaus episcopus seruus seruorum dei] Venerabili fratri . . Episcopo Ripensi [Salutem etc.] Laudabili testimonio quod dilecto filio Michaeli Laghonis de Asterp presbitero tue diocesis de honestate morum et alijs uirtutum

meritis perhibetur inducimur, ut sibi specialem gratiam faciamus. Sane prefatus Michael ad nostram accedens presentiam, nobis humiliter supplicauit, ut cum eo super defectu natalium quem patitur de presbitero genitus et soluta, quod huiusmodi non obstante defectu in susceptis ministrare ordinibus, et ecclesiasticum beneficium, etiamsi curam habeat animarum, obtinere ualeat, dispensare misericorditer dignaremur. Nos itaque attendentes, quod sicut fidedignorum testatur assertio prefatus M. uirtutum operibus uitium redimit geniture, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus consideratis diligenter circumstantijs uniuersis, que circa ydoneitatem persone fuerint attendende, si paterne non est incontinentie imitator, sed bone conuersationis et uite, super quibus tuam intendimus conscientiam onerare, aliasque sibi merita suffragantur, ad dispensationis gratiam obtinendam, secum super premissis ac etiam super irregularitate, quam in recipiendo predictos ordines, dispensatione huiusmodi non obtenta, rite tamen alias statutis a iure temporibus et absque uitio symonie, ac ministrando in illis, et se diuinis officijs immiscendo contraxit, imposita ei propter hoc penitentia salutari, eoque ad tempus iuxta tue discretionis arbitrium ab eorumdem ordinum executione suspenso, auctoritate nostra dispenses, prout secundum deum anime sue saluti uideris expedire. Ita tamen quod idem presbiter, prout requireret onus beneficii, quod eum post dispensationem huiusmodi obtinere contigerit, personaliter resideat in eodem. Alioquin huiusmodi gratia ad beneficium ipsum nullius penitus sit momenti. Datum apud Urbem ueterem Non. Aug. Anno Quarto.

In e. m. eidem Episcopo pro Petro Laghonis de Vgalthorp, presbitero sue diocesis.

In e. m. venerabili fratri . . Archiepiscopo Lundensi Suetie primati pro Henrico de Bange presbitero sue diocesis.

In e. m. eidem Archiepiscopo pro Nicolao de Hamar presbitero sue diocesis.

In e. m. eidem Archiepiscopo pro Petro Swenonis de Frauinge presbitero sue diocesis. .

In e. m. eidem. Laudabili testimonio quod dilecto filio Waltero Puke, Subdiacono tue diocesis [*etc. usque in susceptis ministrare ordinibus*] et ad superiores promoueri, ac ecclesiasticum beneficium [*etc. usque recipiendo*] predictum Subdiaconatus ordinem dispensatione [*etc. mutatis mutandis usque Ita tamen quod idem*] Subdiaconus prout requiret onus beneficij, quod eum post dispensationem huiusmodi obtinere contigerit, se faciat statutis temporibus ad ordines promoueri et personaliter [*etc. usque in finem*].

76.

Nicolaus IV.

1 October 1291.

Dispensationsbrev for Ægteskab mellem Kong Erik Glippings Datter Regitze og Hertug Nicolaus af Werle (se Königsfeldt, Genealog. Tabeller 2 Udg. S. 32).

Nicolaus etc. Venerabili fratri . . Episcopo Zwerinensi Salutem etc. Exhibita nobis dilecti filij nobilis viri Nicolai de Werle domini Saluie (sic), tue diocesis, petitio continebat, quod cum ipse in Regno Datie quasdam terras habeat ad eum hereditario iure spectantes, et ipsarum occasione inter eundem nobilem et progenitores suos ex parte vna et carissimum in Christo filium nostrum . . Regem Datie Illustrem, ac nobiles viros Marchiones Magdeburgenses (sic), ac progenitores eorum ex altera, graues fuerint guerrarum turbines ac inimicitie suscitae, quarum occasione multa hinc inde personarum pericula euenerunt, dictus Nicolaus ad sedandas inimicitias huiusmodi que alias commode sedari non possunt, sed timendum est potius ne grauiores in posterum oriantur, affectat, ut dilecta in Christo filia nobilis puella Riza eiusdem Regis filia neptis dictorum Marchionum sibi matrimonialiter copuletur. Sed dictus Nicolaus pro eo quod eadem puella est sibi quarto consanguinitatis gradu coniuncta, affectum suum in hac parte ne-

quit perducere ad effectum. Quare dictus Nicolaus nobis humiliter supplicauit, ut cum ex huiusmodi matrimonio, si fiat, inimicitie predictae sedari ualeant, et hominibus illarum partium quietis commoda prouenire, super hoc sibi et predictae puellae de benignitate sedis apostolicae per dispensationis gratiam prouidere dignaremur. Nos autem qui salutem querimus singulorum, et libenter Christi fidelibus pacis bonum, caritatis affectum, et unitatem concordie submotis impedimentis quibuscumque procuramus, fraternitati tuae presentium auctoritate committimus et mandamus, quatenus, si tibi uidebitur, et euident utilitas id exposcat, super quibus tuam intendimus conscientiam onerare, cum Nicolao et Riza predictis, quod impedimento consanguinitatis huiusmodi non obstante simul matrimonium libere contrahere ualeant, et in contracto licite remanere, auctoritate nostra dispenses, prout secundum deum uideris expedire. Datum apud Urbem ueterem kl. Octobr. pontificatus nostri anno quarto.

77.

Nicolaus IV.

1 October 1291.

Dispensation for nogle Klerke af Viborg Stift, i hvis Forhold der var noget irregulært. De havde nemlig ikke ladet sig ordinere til Præst inden et Aar efter at de havde modtaget et Sognekald, hvad de dog vare pligtige til efter Conciliet i Lyons Bestemmelser; da Fristen var udløben, turde Biskoppen ikke ordinere dem, men Sagen blev da ordnet saaledes, at de først frivillig skulde resignere, men saa atter kunde modtage Kaldet, hvis Biskoppen fandt det tjenligt.

Nicolaus etc. Venerabili fratri . . Episcopo Wibergensi Salutem etc. Exhibita nobis tua petitio continebat, quod nonnulli clerici tuae ciuitatis et diocesis post Lugdunense concilium nouissime celebratum ecclesiastica beneficia curam animarum habentia assecuti, infra annum iuxta constitutionem super hoc editam in eodem concilio presbiteratus ordine non assumpto, beneficia ipsa detinuerunt, et adhuc detinere noscuntur, percipientes fructus nichilominus ex eisdem. Quare tu de ipsorum salute sollicitus nobis humi-

liter supplicasti, ut cum ijdem clerici ordinem predictum recipere sint parati, prouidere super hoc eis de benignitate apostolica curaremus. Nos igitur de circumspectione tua plenam in domino fidutiam obtinentes fraternitati tue presentium auctoritate concedimus, ut ab eisdem clericis dictorum beneficiorum, quatenus ipsorum detentioni incumbunt, hac uice libera resignatione recepta, illa ipsis, dummodo sint ydonei, et tibi expediens uideatur, et beneficia ipsa de iure nulli alij debeantur, ita tamen quod nullus eorum ultra vnum beneficium assequatur, auctoritate nostra conferas et assignes, ac eos uel procuratores suos eorum nomine per te uel per alium seu alios in corporalem possessionem huiusmodi beneficiorum, que ipsis sic contuleris, et pertinentiarum eius inducas et defendas inductos. Non obstante si pro alijs etc. Cum eisdem quoque clericis super irregularitate etc. Volumus autem quod ijdem clerici, postquam beneficia predicta sibi contuleris, predictum ordinem infra vnum annum post prouisiones de predictis beneficijs per te taliter eis factas recipere teneantur. Alioquin huiusmodi gratia nullius penitus sit momenti; quodque quilibet clericorum ipsorum ad arbitrium boni viri congruam quantitatem pecunie de fructibus supraditis in perpetuam sui beneficij utilitatem conuertat. Datum apud Vrbemuetrem kl. Octobr. pontificatus nostri anno Quarto.

5 Febr. 1292.

Ligelydende til: Venerabili fratri B. Episcopo Slewicensi.
Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem non. febr.
anno iii.

7 Marts 1292.

Ligelydende til: Venerabili fratri Gysiconi Episcopo Othoniensi.
Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem non. Mart.
anno quinto.

78.

Niicolaus IV.

9 Januar 1292.

Dispensation for en Provst Karl af Langeland med Hensyn til at han ulovlig besad paa eengang tre Beneficier (pluralitas præbendarum).

Indholdet er ikke ganske klart, men dog synes Udfaldet at være det, at han paa den sønderjydske Hertug Valdemars Forbøn ikke blot fik Lov til at beholde dem, men endog til med dem at forene et Kanonikat ved Slesvig Domkirke.

[Nicolaus episcopus seruus seruorum dei] Carolo presbitero preposito ecclesie de Langlandia Othoniensis diocesis Salutem etc. Lecta coram nobis tua petitio continebat, quod tu olim ecclesiam Sancti Martini in Eking primo et deinde preposituram ecclesie de Langlandia et parochialem eiusdem loci et demum Sanctorum Symonis et Jude in Scerebek ecclesias, Otthoniensis et Ripensis diocesis, curam animarum habentes, tibi collatas recepisti, ac dictam ecclesiam sancti Martini per Quadriennium, et eandem Preposituram per Triennium una cum prefata ecclesia sanctorum Symonis et Jude absque dispensatione sedis apostolice tenuisti et adhuc nosceris detinere, prefatam parrochialem ecclesiam de Langlandia infra Triennium a tempore receptionis ipsius ecclesie dimittendo, et tam ^{ea} ex_χ per huiusmodi Triennium¹⁾, quam ex prepositura ac alijs ecclesijs supradictis, hucusque percepisti fructus, redditus et proventus. Quare a nobis humiliter petuisti, ut prouidere tibi super hoc per dispensationis beneficium, de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque attendentes laudabile testimonium quod tibi de uita et moribus perhibetur, ac uolentes tibi tum ob hoc tum etiam consideratione dilecti filij Nobilis Viri Waldemari ducis Jucye, qui pro te nobis per suas litteras humiliter supplicauit, gratiam facere specialem, tecum auctoritate apostolica dispensamus, ut predictas Preposituram et Ecclesiam sancti Martini, una cum dicta Ecclesia sanctorum Symonis et Jude, et Canonicatu et prebenda quos in Slewicensi Ecclesia te proponis adeptum, possis licite retinere, constitutione concilij generalis super hoc edita, et qualibet alia contraria non obstante. Prouiso

¹⁾ Saaledes i Munchs Afskrift; her bør vistnok læses: ex parte huiusmodi triennii.

quod Prepositura et Ecclesia ipse debitis obsequijs non fraudulentur, et animarum cura in eis nullatenus negligatur. Ceterum ut statui tuo plenius consulatur, presentium tibi auctoritate concedimus, ut ex eo quod dictas preposituram et ecclesias taliter tenuisti, et tam ex eis quam ex dicta Ecclesia parrochiali de Langlandia fructus etiam percepisti, quos tibi remittimus et donamus de gratia speciali, fama tua in aliquo in posterum non ledatur, nec aliqua possis propterea labe notari. Omnemque notam siue maculam, que in premissis uel aliquo premissorum forsitan tibi posset opponi, de apostolice potestatis plenitudine penitus abolemus. Volumus autem, quod ad arbitrium boni viri aliquam congruam portionem de fructibus sic perceptis in euidentem utilitatem dictarum prepositure et Ecclesiarum conuertere non postponas. Nulli ergo etc. nostre dispensationis, concessionis, remissionis, donationis et abolitionis etc. Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem V. Idus Jan. Anno Quarto.

79.

Nicolaus IV.

1 Marts 1292.

En lignende Dispensation for 6 Kaniker af Lunds Kapitel og to Klerke af samme Stift, at de paa Grund af Ærkebiskop Jens Grands Forbøn og fordi de vare ham oprigtig hengivne, maatte besidde to Beneficier. (Mellem Kanikerne nævnes Hans Sibrandsen, der er bekjendt af Jens Grands Fængselshistorie, se min Kirkehist. I. S. 684).

[Nicolaus etc.] Venerabili fratri . . archiepiscopo Lundensi Suetie primati [Salutem etc.] Grandis affectus quem ad Romanam ecclesiam te habuisse conspiciamus merito nos inducit, ut petitionibus tuis quantum cum deo possumus fauorabiliter annuamus, et illi etiam qui tibi celo (sic) deuotionis adherent specialem a nobis gratiam consequantur. Hinc est quod nos tuis deuotis precibus inclinati dispensandi auctoritate nostra per te uel per alium cum Johanne dicto Bille, Johanne dicto Calf, Johanne Sibrandi, Nicolao Akarij, Johanne dicto Stagge ac Juria filio Magni, ecclesie Lundensis canonicis, ac Johanne dicto Albo et

Herlao filio Johannis, clericis Lundensis diocesis, quod quilibet eorum uidelicet duo beneficia ecclesiastica, etiam si curam habeant animarum, sibi que canonice offerantur, licite recipere, ac etiam prefati canonici illa cum canonicatibus et prebendis, quos non habentes animarum curam in ecclesia predicta obtinent, libere retinere possint, constitutione generalis concilij seu alia contraria super hoc edita non obstante, fraternitati tue plenam auctoritate presentium concedimus facultatem, prouiso quod beneficia ipsa debitis non fraudentur obsequijs, et animarum cura in illis si ea ipsis forsitan imminebit nullatenus negligatur. Datum Rome apud Sanctam Mariam maiorem kl. Martij [pontificatus nostri] anno Quinto.

80.

Bonifaolus VIII.

5 August 1297.

Biskop Jens Krag af Roskilde var kommen i en hæftig Trætte med Graabrødrene sammesteds (rimeligviis foranlediget ved den Forstyrrelse, Erkebispens Fængsling havde bragt over den danske Kirke, saaledes at Graabrødrene ligesom tidligere i Jakob Erlandsens Tid holdt med Ærkebisen). Provindsial-Ministeren havde tillige med Brødrene i Custodiet forebragt deres Klagemaal i Rom. Biskoppen havde tilføiet dem store Krænkelser. Han havde taget Bjælker, som de havde samlet til Bygning, og deels kastet dem i Søen, deels taget dem til eget Brug; han havde nedrevet en lille Hytte, hvor de sad og tiggede i Regnveir; han havde taget Heste fra dem og brugt dem i sin Tjeneste; han havde taget et Skib, der var ladet med deres Fornødenheder. Ikke nok hermed havde han i adelige Herrers Nærværelse udskjældt Brødrene, paa draget dem Kongens Vrede, ladet ved sit Bord et Skandskrift oplæse imod dem, endskjøndt den pavelige Legat Isarnus havde advaret mod sligt. Endelig havde han forbudt sine Undergivne at give Brødrene Almisse, at modtage dem i deres Huse, at gaae til Skrifte hos dem, ja paalagt Præsterne, end ikke paa Dødsleiet at berette dem, der havde ladet sig skrifte af Brødrene. — Paven paalagde derfor Biskop Christian af Ribe at undersøge denne Sag, da sligt ikke maatte gaae ustraffet hen, og hvis det forholdt sig, som foregivet var, skulde han stævne Biskoppen til at møde i Rom inden 6 Maaneder.

Bonifacius etc. Venerabili fratri . . Episcopo Ripensi
Salutem etc. Querelam dilectorum filiorum . . Ministri Datie
et fratrum Custodie Roskildensis ordinis minorum nuper

accepimus continentem, quod venerabilis frater noster Johannes Episcopus Roskildensis multa et enormia eisdem fratribus grauamina, contumelias, dampna et iniurias inferens, quedam magni ualoris ligna inherentia litori pro ipsorum fratrum edificijs et necessitatibus congregata dissolui mandauit, ut sic per incertum mare dispersa et vagantia perderentur, vno tamen prius ex ipsis lignis uiolenter arrepto et ad eius castrum deducto, quod extimabatur duas Marchas ualere, de quo in nullo ipsis fratribus satisfecit, mandauit etiam dirui domunculam quandam, in qua fratres ipsi panem a transeuntibus mendicantes recipiebant se tempore pluuiarum, que quidem ibi fuerat pro fratribus ipsis de uoluntate trium predecessorum suorum sine iniuria alicujus, quodque tugurium eorundem fratrum, in quo ipsi fratres sicut pauperes habitabant, similiter dirui fecit, ablatis exinde indumentis et alijs supellectibus et illatis alijs dampnis eisdem. Preterea quosdam equos ad ipsorum fratrum ediftium deputatos in uia publica detineri fecit, exponens eos operibus suis, in quibus fere pre magnis laboribus sunt destructi. Nauem etiam ipsorum fratrum neccessitatibus deputatam sibique a dictis fratribus commodatam cum omnibns armamentis suis totaliter dextruxit (sic), nec in aliquo satisfecit eisdem, nec hijs realibus detrimentis contentus, ad defamationes et detractones orribiles se conuertens conuitiatur eisdem fratribus in presentia multorum nobilium et magnorum, uocando eos barratores et criminosos non solum de falsis sed totaliter inauditis, et dicendo etiam mendaciter coram Rege Datie, quod ipse sciebat peccata, que commiserat mater ipsius Regis, quia frater cui fuerat confessa reuelauerat Episcopo memorato, preter multa alia, que labia nostra non immerito recitare non decet. Dicitur etiam, quod legi facit ad mensam suam libellum famosum status fratrum non solum diffamatorium sed condempnatorium, et tempore felicitis recordationis Alexandri iiii predecessoris nostri per sedem apostolicam reprobatum, quandam (lege: quamquam) idem Episcopus per

dilectum filium Ysarnum Capellanum nostrum per nos ad partes illas transmissum de hoc prohibitus fuerit, et super alijs ipsorum fratrum iniurijs reprehensus. Suos etiam dicitur prohibere subiectos, ne ipsis fratribus elemosinam largiantur, nec eos ad hospitia sua recipiant, nec etiam confiteantur eisdem, iniuncto sacerdotibus, ut illis qui dictis fratribus confitentur in morte non administrent ecclesiastica sacramenta, in diuine maiestatis obprobrium, proprie salutis dispendium, populorum scandalum et grauem predictorum fratrum et ordinis lesionem. Cum igitur hec si uera sint nolumus sicut etiam nec debemus sub dissimulatione transire, ne saltem cedere ualeant in exempli pernitiem aliorum, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus per te uel alium seu alios, inquisita super hijs de plano sine strepitu et figura iuditij diligentius ueritate, si prefatum Episcopum culpabilem inueneris in premissis, eum ex parte nostra peremptorie citare procures, ut infra sex mensium spatium post citationem huiusmodi personaliter sub pena suspensionis et priuationis pontificalis offitij nostro se conspectui representet super hijs recepturus pro meritis, nostrisque mandatis et beneplacitis plenarie pariturus. Diem autem citationis et formam et quidquid feceris et inueneris in predictis, nobis [*etc. usque procures*]. Datum apud Vrbem-ueterem non. Aug. pontificatis nostri anno Tertio.

81.

Bonifacius VIII.

20 April 1298.

Dette saauelsom det følgende (Nr. 83) handler om uregelmæssige Bispevalg, rimeligviis foranledigede ved Erkebiskop Jens Grands Trætte. I Børglum havde Kapitlet efter Biskop Niels's Død undladt at foretage Valg inden den lovbestedte Tid; derfor beskikkede Paven ved Provision en Kanik af Lund, Joseph, til Biskop, og bød, at han skulde ordineres af Kardinalen af Sabina (jfr. Ann. for nord. Oldk. 1860, S. 149 Anm.).

Bonifacius etc. venerabili fratri Joseph Episcopo Burg-lanensi Salutem etc. In supreme dignitatis specula licet immeriti disponente domino constituti curis continuis an-gimur et pulsamur insultibus successiuis, ut de personis

talibus prouideatur ecclesijs pastoribus uiduatis, quarum industria et uirtute eedem ecclesie in suis iuribus et libertatibus conseruentur, reddatur tranquillior cleri status, et comodis salutis et gaudij plebs letetur. Sane Burglanensi ecclesia per obitum bone memorie Nicolai Episcopi Burglanensis pastoris solatio destituta, dilecti filij Capitulum eiusdem ecclesie per electionem canonicam uel postulationem concordem infra legitimum tempus iuxta statuta generalis concilij omiserunt negligenter de pastore dicte ecclesie prouidere, sicque ipsa ecclesia per annum et amplius uiduitatis incomoda noscitur pertulisse. Nos igitur de ipsius ecclesie ordinatione sollicite cogitantes, ac uolentes eandem ecclesiam ab incomodis huiusmodi preseruare, in te tunc Canonicum Lundensem litterarum scientia, morum et uite, ac alijs uirtutum meritis redimitum, direximus oculos nostre mentis, teque de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis eidem ecclesie preficimus in Episcopum et pastorem, et deinde tibi per venerabilem fratrem nostrum G. Episcopum Sabinensem munus fecimus consecrationis impendi, firma spe fidutiæque tenentes, quod eadem ecclesia per tue circumspectionis industriam, preseruabitur a noxijs et aduersis, et continua deo auctore in spiritualibus et temporalibus suscipiet incrementa. Reuerenter itaque suscipe jugum domini, et tua eius oneri humiliter colla submitte, manumque uiriliter mittens ad fortia, curam et administrationem eiusdem ecclesie prudenter exequi studeas, et gregis tibi commissi custodiam prosecui diligenter solliciter et constanter oppositurus te murum pro domo domini ascendentibus ex aduerso, ut laudabili de grege ipso reddita in die districti examinis ratione, Regnum patris eterni ab origine mundi paratum electis accipias letabundus, in dilecta domini tabernacula intraturus. Datum Rome apud sanctum P. XII kl. Maij, pontificatus nostri anno Quarto.

In e. m. dilectis filijs Capitulo ecclesie Burglanensis. In supreme [etc. ut in precedenti, uerbis competenter mutatis

usque incrementa]. Quocirca vniuersitati uestre per apostolica scripta mandamus, quatenus eidem J. Episcopo tamquam patri et pastori animarum uestrarum [*etc. ut supra* Capitulo ce. *usque in finem*]. Datum ut supra.

In e. m. Carissimo in Christo filio . . Regi Datie Illustri. Gratie diuine premium et preconium humane laudis acquiritur si personis dignitate peditis honor debitus impendatur. Sane dudum [*etc. usque incrementa*]. Cum itaque sit uirtutis opus dei ministros et præsertim etc. etc. Datum ut supra.

82.

Bonifacius VIII.

20 April 1298.

I Viborg havde Kapitlet efter Biskop Laurentius's Død eenstemmig valgt Provsten ved Domkirken Tyge til hans Eftermand, men han døde kort efter; Kapitlet valgte da ligeledes eenstemmig en af dets egen Midte Jordan af Gunsehg (Gunderup eller Gundersted?), men da han vægrede sig ved at modtage Valget, overdrog Kapitlet ham at udnævne en Biskop. Han udnævnte Peter, Provst i Himber-Syssel, men Ærkebiskop Jens Grand vægrede sig ved at stadfæste Valget. Denne begav sig da til Rom, og her blev han, efter at have givet Afkald paa den Ret, Valget maatte give ham, ved pavelig Provision beskikket til Biskop af Bonifacius. Ordinationen skulde han modtage af Kardinalen af Sabina, og blev da rimeligviis ordineret samme Dag som Joseph af Børglum (jfr. Munch anf. St. S. 149 Anm.). — Ligelydende Breve desangaaende afgik saavel til Kapitlet som til Kongen.

Bonifacius etc. venerabili fratri Petro Episcopo Wibergensi Salutem etc. Ex suscepto seruitutis officio sollicitudine pulsamur assidua, ut ecclesias omnes quarum cura nobis est summi dispositione pastoris commissa spiritualibus et temporalibus comodis augeamus, et eis maxime per debite prouisionis ministerium in necessitatibus consulamus que noscuntur pastoris solatio destitute. Dudum siquidem ecclesia Wibergensi per obitum bone memorie Laurentij Episcopi Wibergensis pastore uacante, dilecti filij Capitulum eiusdem ecclesie, uocatis omnibus qui uoluerunt et debuerunt comode interesse, die ad eligendum prefixa, ut est moris pro futuri substitutione pastoris conuenientes in unum, primo quondam Tuchonem eiusdem ecclesie prepositum in Episcopum Wibergensem unanimiter et concorditer eligere

curauerunt, sed idem Tucho ante quam a venerabili fratre nostro . . Archiepiscopo Lundensi, loci metropolitano, confirmationem Electionis huiusmodi obtineret diem clausit extremum, post cuius obitum ijdem Capitulum simili modo conuenientes in unum, dilectum filium Jordañ de Gunsehg ipsius ecclesie canonicum in Wibergensem Episcopum communiter et concorditer elegerunt, sed eo electioni de se facte consentire nolente prefati Capitulum postmodum per uiam deliberantes ¹⁾ procedere compromissi, in supradictum Jordanum unanimiter et concorditer compromittere curauerunt, concessa ei prouidendi ea uice per electionem canonicam uel postulationem concordem eidem ecclesie de pastore plena et libera potestate, promittentes, quod illum in suum et ecclesie predictae pastorem reciperent et haberent, quem idem compromissarius duceret eligendum, sicque prefatus compromissarius, huiusmodi compromisso et potestate receptis ac ipsius forma compromissi diligenter seruata, te tunc prepositum ecclesie Humbersysel Wibergensis diocesis uice et nomine predicti Capituli elegit in Episcopum et pastorem ecclesie memorate, tuque huiusmodi electioni de te facte tibi presentate ad instantiam predictorum Capituli infra tempus statutum a iure consensisti, deinde uero te ac procuratoribus ipsius Capituli electionem ipsam de te factam ab eodem Archiepiscopo petentibus confirmari, idem Archiepiscopus electionem huiusmodi noluit confirmare, sed tu postmodum propter hoc ad apostolicam sedem accedens omne ius quod tibi ex huiusmodi electione de te facta competeat libere in nostris manibus resignasti. Nos autem, huiusmodi resignatione recepta, ad prouisionem ipsius ecclesie Wibergensis, ne ulterioris uacationis dispendia substineret, cepimus intendere diligenter, prouida deliberatione pensantes uirtutum multitudinem, quibus earum dominus personam tuam multipliciter decorauit, post uigilem considerationem quam super hoc habuimus diligenter, in

¹⁾ Her bør udentvivil læses: deliberationis.

te direximus oculos nostre mentis, quem nobis et fratribus nostris de litterarum scientia, honestate morum, conversatione uite laudabilis, prudentia spiritualium et temporalium prouidentia fidedignorum testimonia commendarunt, teque eidem ecclesie Wibergensi de predictorum fratrum consilio et apostolice plenitudine potestatis preficimus in Episcopum et pastorem, ac demum tibi per venerabilem fratrem nostrum G. Episcopum Sabinensem munus consecrationis fecimus exhiberi, curam et administrationem ipsius ecclesie Wibergensis plenariam tibi spiritualiter et temporaliter committendo, firma de te concepta fiducia, quod cum sis vir uite laudabilis, scientia peditus, morum honestate decorus, in spiritualibus prouidus et temporalibus circumspectus, eadem ecclesia Wibergensis per tue circumspectionis industriam et prouidentiam circumspectam, grata deo auctore suscipiet incrementa. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus huiusmodi impositum tibi onus a domino deuote suscipiens curam et administrationem eiusdem ecclesie Wibergensis prudenter et utiliter prosequaris, quod ipsa sub tuo felici regimine dextera (sic) tibi assistente propitia, uotius continuo ampliatur comodis et salutaribus proficiat incrementis, tuque pastor sollicitudine peruigil, ecclesiam ipsam gubernasse fructuoso regimine comproberis, ac exinde nostram et apostolice sedis gratiam uberius consequi merearis. Datum Rome apud Sanctum Petrum XII kal. Maij pontificatus nostri anno Quarto.

In e. m. dilectis filijs Preposito et Capitulo Wibergensi. Ex suscepte [*etc. uerbis competenter mutatis*]. Datum ut supra. — In e. m. Carissimo in Christo filio Regi Datie Illustri. Apud Regis eterni clementiam premium retributionis eterne, ac apud homines preconium tibi laudis acquiritur, si personas ecclesiasticas que presertim pontificali prominent (sic) dignitate in Regno tuo Regia protectione confouens, fauore beniuolo prosequaris. Nosque ad id celsitudinem tuam apostolicis exortationibus eo libenter (sic) inducimus (sic), quo illam in

operum executione bonorum speramus promptam et facilem inuenire. Dudum siquidem [*etc. usque incrementa*]. Rogamus itaque Serenitatem Regiam [*etc. ut supra*]. Datum ut supra.

83.

Bonifaolus VIII.

23 Mai 1298.

Bemyndigelse for Biskop Peter at maatte løse de Præster i Viborg By og Stift af Band, der vare forfaldne i Straf, paa Grund af at de ikke havde overholdt Interdiktet.

Bonifacius etc. Venerabili fratri Petro Episcopo Wibergensi Salutem etc. Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod olim in quadam prouintiali Lundensi concilio inter cetera statutum extitit et etiam ordinatum, ut si Lundensis Archiepiscopus qui esset pro tempore seu aliquis Episcopus dicte prouintie per Regem Datie seu quemcumque alium Baronem et Magnatem Regni Datie caperetur, ipso facto tota prefata prouintia interdicto ecclesiastico, quod extunc in ea per Archiepiscopum et Episcopos ac alios prelatos tunc dictum concilium celebrantes promulgatum extitit, subiaceret, et¹⁾ non seruantes interdictum huiusmodi excommunicationis et suspensionis sententia nichilominus promulgata, quodque postmodum per sedem apostolicam id extitit ex certa scientia confirmatum, vnde cum nonnulli clerici tue ciuitatis et diocesis huiusmodi excommunicationis et suspensionis sententias incurrerint ex eo quod interdictum, quod dicta prouintia tempore quo venerabilis frater noster Johannes Archiepiscopus Lundensis per ipsum Regem captus post dictum concilium extitit, iuxta predictum statutum incurrerat, non seruauerant, diuina celebrando officia et immiscendi se illis, et recipiendo etiam sacros ordines sic ligati, tu de ipsorum salute sollicitus prouideri eis a nobis super hijs humiliter postulasti. Nos igitur tuis supplicationibus inclinati presentium tibi

¹⁾ (M. Anm.) Saaledes: her synes in at mangle.

auctoritate concedimus, ut eisdem clericis absolutionis per te impenso beneficio hac uice iuxta formam ecclesie uice nostra, iniuncto eis quod de iure fuerit iniungendum, cum illis ex ipsis, qui facti immemores, uel iuris ignari absolutionis) beneficio non obtento receperunt ordines et sic ligati diuina officia celebrarunt, iniuncta eis pro modo culpe penitentia competenti, eaque peracta liceat tibi hac uice similiter ob misericordiam que superexaltat iuditio, quod in susceptis ordinibus ministrare ualeant, et super irregularitatem si quam exinde contraxerunt, prout eorum saluti expedire uideris dispensare. Datum Rome ad sanctum Petrum x kl. Junij pontificatus nostri Anno quarto. .

84.

Bonifacius VIII.

29 Mai 1298.

Fritagelse for Biskop Peter af Viborg fra det Løfte, han som ordineret i Rom havde maattet aflægge, om at besøge Rom hvert tredie Aar, da hans Kirke ellers ikke hørte mellem de unddragne (exempti) men hørte under Lunds Ærkestift.

Bonifacius etc. Venerabili fratri Petro Wibergensi episcopo Salutem etc. Ex parte tua fuit propositum coram nobis, quod tempore quo te prefecimus Wibergensi ecclesie in Episcopum et pastorem inter alia iuramento prout est moris personaliter prestito promissisti, quod apostolorum limina figural (sic, lege singulis) Triennijs uisitares, quamquam ecclesia tua priuilegium exemptionis non habeat, sed iurisdictioni Lundensis Archiepiscopi qui est pro tempore sit subiecta. Nos itaque personam tuam ob tuorum exigentiam meritorum in hac parte speciali gratia prosequentes, ab huiusmodi promissione, quam de uisitanda supradicta sede fecisti, et a iuramento super hoc prestito, quo ad ipsam uisitationem dumtaxat te auctoritate presentium duximus absoluendum. Volentes in ceteris iuramentum predictum inuiolabiliter obseruari. Datum Rome apud sanctum Petrum iiii kl. Junij pontificatus nostri anno quarto.

85.

Bonifaolus VIII.

31 Mai 1298.

Samme Biskop Joseph fik Bemyndigelse til at optage et Laan af 2000 Gylden mod Sikkerhed i Børglum Kirkes Eiendomme.

Bonifacius etc. Venerabili fratri J. Episcopo Burgalensi Salutem etc. Cvm sicut in nostra proposuisti presentia constitutus tam pro tuis necessarijs negotijs, quam pro ecclesie Burgalensis negotijs quod¹⁾ apud sedem apostolicam expediendis utiliter te subire oporteat magna onera expēxarum (sic), nobis humiliter supplicasti, ut usque ad summam duorum milium florenorum auri mutuuum contrahendi sub modis et formis infrascriptis sine quibus creditores te putas inuenire non posse tibi largiri licentiam dignaremur, nos igitur [*etc. ut in forma per totum usque in finem*].²⁾ Datum Rome apud S. P. ij kal. Junij pontificatus nostri anno quarto.

86.

Bonifaolus VIII.

12 Aug. 1299.

Samme Tilladelse for Biskop Joseph af Børglum, som der var givet Biskop Peter (Nr. 85).

Bonifacius etc. Venerabili fratri nostro Joseph Episcopo Burglanensi Salutem etc. Ex parte tua fuit coram nobis propositum, quod pridem cum te apud sedem apostolicam constitutum prefecimus ecclesie Burglanensi in Episcopum etc. (ligelydende med det foregaaende³⁾ sed . . Archiepiscopo Lundensi Suetie primati qui est pro tempore iure metropolitico sit subiecta. Nos itaque personam tuam iu hac parte fauore beniuolo prosequentes, te ab huiusmodi promissione etc. Datum Anagni ij Id. Aug. pontificatus nostri anno quinto.

¹⁾ (M. Anm.) Saaledes i Codex, men aabenbart ved en Feiltagelse, da det bør udgaa.

²⁾ (M. Anm.) Formularen kan sees af Brevet til Ærkebiskop Æsger af 21. Marts 1320.

³⁾ (M. Anm.) undtagen at her staaer rigtig singulis.

87.

Bonifacius VIII.

11 April 1302.

Dette Brev underretter Kong Erik om, at Paven har løst Jens Grand fra hans Forhold til Lunds Ærkestift, og ved Provision beskikket Isarn i hans Sted, hvorved Kirkestriden i Danmark væsentlig var endt. De tvende pavelige Breve til de Paagjældende selv, af 30 Marts 1302 til Jens Grand, af 11 April 1302 til Isarnus ere trykte hos Munch anf. St. S. 158—61; her er derfor Brevets egentlige Indhold forbigaaet, fordi det Ord til andet findes i sidstnævnte Brev, og kun medtaget hvad der angaaer Pavens personlige Henvendelse til Kongen.

Bonifacius etc. Carissimo in Christo filio Erico Regi Dacie Illustri Salutem etc. Ad fouendum in uisceribus caritatis ecclesiarum prelatos, ac eos precipue qui pontificali dignitate preminent, eo te fiducialius nostris precibus inuitamus, quo in honorum executione operum celsitudinis Regalis affectum magis promptum et facilem credimus inuenire, maxime cum apud deum, cuius prelati huiusmodi sunt ministri, retributionis eterne premium, et apud homines laudis preconium tibi exinde acquiratur. Sane nos dudum [*etc. usque ad munifice prosperari*]. Cum itaque fili Carissime sit uirtutis opus ecclesias et personas, presertim pontificali preditas dignitate, benigno fauore prosequi ac eas uerbis et operibus pro Regis eterni gloria uenerari, Serenitatem Regiam rogamus et hortamur attente, quatenus Electum ipsum ac ecclesiam sibi commissam habeas propensius commendatos. Ita quod idem Electus tuo fultus auxilio in commissa sibi cura pastoralis officij deo propitio prosperari ualeat, ac tibi exinde a deo perempnis uite premium et a nobis condigna proueniat actio gratiarum. Datum ut supra.

88.

Bonifacius VIII.

27 Marts 1303.

En Diakon fra Odense Stift, Kjeld Petersen, var, netop som han stod i Begreb med at foretage en Reise til Rom, førend han endnu var kommen ud over Rigets Grændse, bleven overfaldet af en Ridder Morten Due, Kong Eriks Leensmand, og berøvet alle sine Eiendele. Selv blev han til en Tid holdt i haardt Fængsel, men fik dog atter Lov at gaae,

uden at han dog fik tilbage, hvad der var ham berøvet. Morten Due foregav at handle i Kong Eriks Navn, og denne gik selv endnu videre, idet han lod lægge Beslag paa al Klerkens Eiendom i Hjemmet. Paven overdrog det da til Ærkebiskop Isarnus paa det nøieste at undersøge Sagen, og straffe de Skyldige med Kirkens Band. (Om et lignende Overfald paa en anden fyensk Klerk, see ovenf. blandt disse Breve Nr. 13; uden Tvivl staaer dette Overfald ogsaa i Forbindelse med det dengang omtvistede Bispevalg i Odense s. Nr. 91).

Bonifacius etc. Venerabili fratri . . Archiepiscopo Lundensi Salutem etc. Qverelam grauem dilectus filius Ketillus Petri diaconus Otthoniensis diocesis iu nostra proposuit presentia constitutus, quod cum ipse predictus causa deuotionis et pro quibusdam suis negotijs promouendis iter arripuisset ad sedem apostolicam ueniendi, ac ad ultimos fines uel circa Regni Datie peruenisset, Martinus dictus Dne (sic) Vasallus carissimi in Christo filii nostri Herici Regis Dacie Illustris eundem Ketillum ablatis sibi equis, libris, argento, pecunia, uestibus, et alijs bonis et rebus suis, que secum habebat, ausu sacrilego personaliter capi fecit, et carcerali custodie mancipari. Et licet ipsum post multa tormenta, tribulationes et angustias, que inferri fecit eidem, abire permiserit, nichilominus tamen equos, libros, argentum, pecuniam, vestes, res et bona predicta, quibus ipsum ut predicatur spoliauerat, dictus Martinus ipso Ketillo restituere denegauit. Cumque dictus Ketillus ad prefatum Regem cuius mandato idem Martinus hec se fecisse dicebat, habuisset super premissis recursum, prefatus Rex hijs non contentus, sed addens afflictionem afflicto, reliqua bona omnia mobilia eiusdem Ketilli, que in illis habebat partibus, confiscari mandauit et fecit pro sue uoluntatis libito in opprobrium ecclesiastice libertatis et eiusdem Ketilli non modicum dispendium et grauamen ac scandalum etiam plurimorum. Quare dictus Ketillus nobis humiliter supplicauit, ut prouidere sibi super hijs de oportuno remedio curaremus. Cum igitur preter sententiam Canonis quam huiusmodi iniuriatores clericorum et personarum ecclesiasticarum incurrunt hij, qui uenientes ad

dictam sedem uel redeuntēs ab ea capiunt, spoliānt, et detinere presumunt, anathematis et excommunicationis sententia, quę singulis annis certis diebus pluries per eandem sedem publice promulgatur, ligentur, fraternitatem tuam per apostolica scripta mandamus, quatenus, si tibi constiterit de captione, incarceratione, detentione, spoliatione ac sequestratione predictis, prefatum Regem, cui super hoc scribimus, ex parte nostra moneas efficaciter et inducas, ut eidem Ketillo, uel eius procuratori pro eo, equos, libros argentum, pecuniam, pannos, res et bona omnia supradicta, per prefatum Martinum taliter sibi ablata, nec non et predicta bona eius per eundem Regem ut premittitur confiscata, faciat infra certum terminum quem ad hoc duxeris statuendum cum integritate restitui, ac de huiusmodi illatis sibi iniurijs plenam et debitam satisfactionem impendi. Alioquin ipso elapso termino, prefatum Martinum et omnes alios, qui in captione, carceris emancipatione (sic), spoliatione, sequestratione ac detentione predictis scienter culpabiles extiterunt, tamdiu singulis diebus dominicis et festiuis pulsatis campanis et candelis accensis excommunicatos publice nunties, et facias per omnia loca dicti Regni de quibus expedire uideris per alios publice nuntiari, donec Martinus et culpabiles supradicti meruerint super hijs ab eadem sede absolutionis beneficium obtinere. Contradictores nichilominus siqui fuerint uel rebelles auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendi, non obstantibus si aliquibus ab eadem sit sede indultum, quod interdicti uel excommunicari nequeant uel suspendi per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Laterani vi kal. Aprilis pontificatus nostri anno nono.

89.

Benedict XI.

7 Nov. 1303.

Samme Dag som Pave Benedict XI løste Kong Erik af Band og hævede Interdictet over Riget, — hvilket Brev er meddeelt hos Munch

anf. St. S. 162—3, — fik Ærkebiskop Isarnus Bemyndigelse til at dispensere de Klerke, der ikke strængt havde overholdt Interdiktet, dog først efter at have idømt dem en passende Bøde.

Benedictus etc. Venerabili fratri . . Archiepiscopo Lundensi Suetie primati Salutem etc. Tva nobis fraternitas intimavit, quod Terre magnifici principis Erii Regis Datie Illustris et Christofori fratris sui pro eo, quod dicti Rex et Christoforus ac nonnulli eorum complices venerabilem fratrem nostrum J. Rigensem tunc Lundensem Archiepiscopum predecessorem tuum ac quondam Jacobum prepositum ecclesie Lundensis ceperunt et captos aliquamdiu tenuerunt seu capi et detineri fecerunt, et quia etiam super hijs eodem proposito uiam uniuerse carnis ingresso satisfacere predecessori et ecclesie prelibatis per tempora recusarunt, auctoritate sedis apostolice ecclesiastico subiacent interdicto. Verum nonnulli ex clericis consistentibus in terris predictis interdictum huiusmodi non seruantes, diuina inibi post interdictum predictum officia celebrarunt et immiscuerunt se illis, propter que irregularitatis macula sunt respersi; licet autem felicis recordationis Bonifacius papa VIIIus predecessor noster, uolens eis super hoc de salutari remedio providere, tibi tunc Archipresbitero Carcassonensi, Capellano suo, quem ad partes illas pro quibusdam negotijs destinarat, super huiusmodi negotio suas certi tenoris litteras duxerit dirigendas, tu tamen postmodum de partibus eisdem recedens non fuisti que tibi in eisdem mandabantur literis executus, quare de ipsorum salute sollicitus nobis humiliter supplicasti, ut eorum in hac parte providere saluti de benignitate apostolica dignaremur. Nos autem plenam gerentes de tua circumspectione fiduciam fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus cum ipsis irregularibus, cum super hijs ab eis cum humilitate fueris requisitus, super irregularitate predicta, imposita eis pro modo culpe penitentia salutari, per te uel alium seu alios hac uice auctoritate nostra dispenses, prout secundum deum ani-

marum suarum saluti uideris expedire. Datum Laterani vii.
Id Nouembr. pontificatus nostri anno primo.

90.

Benedict XI.

17 Febr. 1304.

Det var ikke blot i Børglum og Viborg at Interdiktet og Ærkebispens Rømning havde voldt Forstyrrelse ved Bispevalget. Dette Brev handler om Sjælland, og giver næiere Oplysning om de derværende Forhold, der tidligere heller ikke vare ganske ubekjendte. Oluf, tidligere Kanik i Roskilde, var bleven valgt til Biskop ved Provision af Ærkebiskop Jens Grand, hvortil han af Kapitlet var bemyndiget, hvorfor dette ogsaa godkjendte hans Valg. Men en enkelt Kanik Florentius (rimeligviis efter Kong Eriks Tilskyndelse, men det siges ikke udtrykkelig) protesterede, og overbragte personlig sin Protest i Rom. Sagen blev undersøgt, men Paven godkjendte fuldkomment Jens Grands Adfærd ved den Leilighed. (Foruden dette Brev til selve Biskop Oluf udgik der samme Dag Breve om den samme Sag: til Roskilde Kirke, til Ærkebispens, til Kong Erik samt til de rygenske Fyrster Wyselaus og Camburus).

Benedictus etc. Venerabili fratri Olauo Episcopo Roskildensi Salutem etc. Dum sollicite considerationis indagine perscrutamur, quam sit onusta dispendijs, quam plena periculis ecclesiarum uacatio diuturna, multiplici nec immerito reddimur attentione solliciti ac operose uigilantie studium adhibemus, ut ecclesiis pastorum solatio destitutis nubilo uiduitatis excluso et uacationis tenebris profugatis celebris (sic) prouisionis et utilis uotiuu celebritas (sic) illucescat. Dudum siquidem Roskildensi ecclesia per obitum bone memorie Johannis Roskildensis Episcopi solacio destituta pastoris, dilecti filij capitulum ipsius ecclesie die ad eligendum prefixa uocatis omnibus qui uoluerunt debuerunt et potuerunt commode interesse insimul conuenire curarunt. Et tandem post nonnullos tractatus ab eis super hoc habitos, ex quibus effectus non extitit subsecutus, deliberantes in huiusmodi electionis negotio per uiam procedere compromissi, venerabili fratri nostro Johanni Episcopo, tunc Lundensi Archiepiscopo, loci Metropolitano prouidendi ea uice dicte ecclesie de pastore de ipsius ecclesie gremio uel etiam aliunde protestatem plenariam unanimiter con-

cesserunt, promittentes quod illum in suum et ecclesie ipsius Episcopum et pastorem reciperent et haberent, de quo dictus Archiepiscopus ipsi ecclesie prouideret; prefatus uero Archiepiscopus huiusmodi potestate recepta secum super hoc deliberans diligenter de te, ecclesie prelibate canonico, consideratis muneribus gratiarum quibus te nouerat insignitum, ecclesie predictae prouidit, preficiendo te ipsi ecclesie in Episcopum et pastorem, ac prouisionem huiusmodi coram ipsis capitulo publicauit, dictique Capitulum prouisionem eandem concordi uoto et uoluntate unanimi approbarunt, tuque postmodum prouisioni predictae infra tempus a iure statutum consensum tuum impendere curauisti, ac tandem prefatus Archiepiscopus prouisionem ipsam auctoritate metropolitana confirmauit, cumque postmodum Florentius ecclesie predictae canonicus se ad apostolicam sedem personaliter conferens, in presentia felicitis recordationis Bonifacij pape VIII predecessoris nostri proponere curauisset, quod ipse ab huiusmodi tua electione ad sedem appellauerat supradictam, prefatus predecessor dilecto filio nostro Johanni titulo sanctorum Marcellini et Petri presbitero cardinali commisit oraculo uiue uocis, ut huiusmodi negotium diligenter audiret, et quod super hoc inueniret sibi referre fideliter non differret. Predicto autem Cardinali in eodem negotio procedente, memoratus predecessor ipsum certis sibi commissis negotijs ad partes Francie destinauit, dictumque negotium Venerabili fratri nostro Johanni Episcopo Tusculanensi simili modo commisit, ab ipso in eo statu in quo illud dictus Johannes Cardinalis dimiserat resumendum, Nos quoque post eiusdem predecessoris obitum ad apicem apostolice dignitatis assumpti pretactum negotium eodem modo commisimus Episcopo memorato. Et demum facta nobis ab ipso Episcopo de iam dicto negotio relatione fidei, et super eo per nos cum prefato Episcopo et alijs fratribus nostris deliberatione prehabita diligenti, quod per eundem Archiepiscopum factum esse dinoscitur in hac parte ratum habentes et gratum,

illud de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica confirmauimus, omnem defectum si quis ex quacumque causa extitit in premissis supplentes, de apostolice plenitudine potestatis faciendo tibi nichilominus subsequenter per eundem Episcopum Tusculanensem munus consecrationis impendi, ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus reuerenter supportans impositum a domino tibi onus, sepefate Roskildensis ecclesie curam sollicitam gerere studeas eiusque uacare profectibus non omittas, gregem dominicum tue in illa discretionis commissum doctrina uerbi et operis informando. Ita quod ecclesia ipsa per tue diligentie studium laudabilibus in spiritualibus et temporalibus ad diuini nominis gloriam proficere ualeat incrementis. Datum Laterani xiiii kal. Martii pontificatus nostri anno primo.

In e. m. Capitulo ecclesie Roskildensis. Dum sollicite etc. Quocirca etc. D. u. s. — In e. m. Clero Ciuitatis et diocesis Roskildensis. — In e. m. populo Ciuitatis et diocesis Roskildensis.

In e. m. Venerabili fratri . . Archiepiscopo Lundensi Suetie primate etc. Dum sollicite [*etc. usque impendi*]. Cum igitur eidem Episcopo, ut ipse in commissa sibi ecclesie predictae cura facilius proficere ualeat, tuus fauor esse noscatur quam plurimum opportunus, fraternitatem tuam rogamus et hortamur etc. D. u. s.

In e. m. Carissimo in Christo filio Erico Danorum Sclauorumque Regi Illustri Salutem etc. Etsi firma nostra credulitas habeat, fili karissime, fameque laudabilis preconio diuulgetur, quod tu tanquam benedictionis et gratie filius, ac circa opera pietatis intentus prelatos et ecclesias Regni tui opportuno fauore confoueas, sedula protectione communias, et speciali gratia prosequaris, nos tamen quia personam Regiam sincere diligimus, et notis uberibus affectamus, ut Regi Regum per quem Reges regnant et principes dominantur de bono semper in melius reddaris acceptior et apud eum generosior habearis, te ad premissa libenter inducimus et paternis studiis excitamus. Dudum siquidem [*etc. ut supra usque impendi*]. Quocirca serenita-

tem regiam rogamus et hortamur attente, quatenus eundem Episcopum, quem ob suorum exigentiam meritorum beneuolentia prosequimur speciali, et commissam sibi ecclesiam habens pro nostra et apostolice sedis reuerentia propensius commendatos, sic te prefato Episcopo benignum exhibeas, sic fauorabilem largiaris, ipsum et eandem ecclesiam regalis beneuolentie gratia prosequendo, quod idem Episcopus tuis presidij circumfultus commissum sibi regimen facilius et efficacius cooperante domino prosequatur, nosque proinde magnificentiam Regiam dignis in domino laudibus attollamus. Datum ut supra.

In e. m. Dilectis filijs Nobilibus viris Wyselauo et Camburo principibus Ryianorum fratribus etc. (Omtrent af samme Indhold, kun med noget andre Indledningsord, og efter Datum — impendi): Cum igitur eidem Episcopo ut etc. proficere ualeat, fauor uester, cum terra Ruyanorum, in qua temporale dominium obtinetis, in diocesi Roskildensi consistat, in qua spiritualis iurisdictio ad dictum Episcopum spectat, qui etiam quam plura bona temporalia ibidem asserit se habere, fore noscitur non modicum opportunus, nobilitatem uestram rogamus et hortamur etc. D. u. s.

91.

Benedict XI.

6 Marts 1304.

Dette Brev handler om Forstyrrelsen ved Bispevalget i Odense. Biskop Gisisos Dødsaar har tidligere været omtvistet, det fremgaaer heraf, da han døde, medens Jens Grand endnu var i Virksomhed, at hans Dødsaar maa falde Aar 1300, hvad ogsaa de fleste Beretninger angive. Efter hans Død valgte Kapitlet sin, St. Knuds Klosters, Prior Peter til Biskop, men Jens Grand vilde ikke stadfæste dette Valg, hvorfor Sagen blev indstævnet for Paven. Men da man i Rom savnede tilstrækkelige Oplysninger, overdrog Pave Benedikt Ærkebiskop Isarn Sagens Afgjørelse, saaledes at hvis han vilde, kunde han stadfæste Peters Valg eller ved Provision udnævne en Anden.

Hvad der her berettes stemmer ikke med den sædvanlige Fremstilling, der væsentlig støtter sig til Hamsfort, Script. VII p. 226. Forskjellen bestaaer ikke blot deri, at den udvalgte Biskop Peter her kaldes Prior for St. Knuds Kloster, og altsaa Benediktiner og ikke Franciskaner, men fornemmelig deri, at der slet ikke er Tale om noget andet Valg, som Hamsfort fortæller om. Den eneste Hindring for Peters Valg er Jens Grands Vægring ved at stadfæste ham, og det Hverv, der overdrages Isarnus, er ikke at dømme mellem tvende Prætendenter, men

enten at stadfæste Peters Valg eller foretage et nyt. Uden al Tvivl har Isarnus stadfæstet Valget, saa at altsaa den af Kongen begunstigede blev Biskop, men muligt er det, at et Forsøg fra Ærkebispens Side paa at reise en Modkandidat skjuler sig bag det, der berettes i Nr. 88. men i saa Fald blev dette Forsøg uden Frugt.

Benedictus etc. Venerabili fratri . . Archiepiscopo Lundensi Suetie primati Salutem etc. Licet ad uniwersas orbis ecclesias iuxta pastoralis officij debitum apostolice considerationis intuitum extendamus, de illis tamen, que uacationes incommoda patiuntur solatio destitute pastorum, eo nos conuenit diligentius cogitare quo ille prouisionis remedio indigere potius dinoscuntur. Vacante siquidem dudum Othoniensi ecclesia per obitum bone memorie G. Othoniensis Episcopi, delecti filij Capitulum ipsius ecclesie ad tractandum de futuri substitutione pastoris, die ad hoc prefixa insimul conuenerunt ac deliberantes ad id per uiam procedere compromissi, quinque de ipsis capitulo prouidendi ea uice dicte ecclesie de pastore concesserunt unanimiter potestatem, promittentes illum in eorum Episcopum recipere, de quo ipsi quinque dicte ecclesie prouiderent, qui quidem compromissarij, huiusmodi potestate recepta, post deliberationem super hoc adhibitam dilectum filium fratrem Petrum ecclesie predicte Priorem in Othoniensem Episcopum elegerunt, et electionem huiusmodi soleniter publicarunt, dictusque Prior infra tempus legitimum huiusmodi electioni consensit, et tam ipse quam dicti Capitulum a bone memorie Johanne Lundensi Archiepiscopo predecessore tuo confirmari electionem eandem suppliciter postularunt. Verum quia dictus Archiepiscopus electionem infirmauit eandem, dictus Prior ad sedem apostolicam appellauit, ac felicis recordationis Bonifacius papa VIII predecessor noster primo, et eo postmodum uiam uniuerse carnis ingresso, nos ad apicem summi apostolatus assumpti causam huiusmodi appellationis et negotij principalis dilecto filio nostro L. sancti Angeli diacono cardinali commisimus audiendam, coram quo licet aliquamdiu in causa ipsa fuerit disceptatum, quia tamen per ea que coram ipso in eadem

causa sunt habita non potest de cause ipsius meritis apud sedem eandem plene liquere, Nos nolentes quod ex prorogatione dicte cause dicta ecclesia prolixioris uacationis sustineat detrimenta, fraternitati tue de qua fiduciam gerimus in domino specialem per apostolica scripta mandamus, quatenus electionem eandem et personam dicti Prioris diligenter examinans, si electionem predictam de persona ydonea inueneris canonice celebratam, illam auctoritate nostra confirmare procures. Alioquin ea rite cassata, eidem ecclesie, ne ulterioris uacationis incommoda patiatur, prouidere hac uice auctoritate predicta de persona ydonea, que sciat et possit illam salubriter gubernare, dictoque Priore, si eius electio fuerit confirmata, uel persona de qua ecclesie predictae prouideris, ascitis duobus uel tribus Episcopis illarum partium gratiam et communionem dicte sedis habentibus, munus consecrationis impendas prout fuerit faciendum. Datum Laterani ij Non. Mart. pontificatus nostri anno primo.

92.

Benedict XI.

20 Marts 1304.

Om Besættelsen af Børglum Bispestol. Biskop Joseph, der 1298 blev beskikket ved pavelig Provision (se Nr. 81), maa være død c. 1302. Efter hans Død valgte Kapitlet sin Provst, Johannes, til Biskop, men han fandt sig beføiet til at resignere og at overlade Valget til Ærkebiskop Isarnus. Denne lod imidlertid saa lang Tid gaae hen, at Valget ved Devolution tilkom Paven; desuagtet bemyndigede Paven ham ved dette Brev til at foretage Valget i hans Navn.

Benedictus etc. Venerabili fratri Isarno Archiepiscopo Lundensi Salutem etc. Rationis oculis intuentes commoda que uacantibus ecclesijs de salubribus prouisionibus pastorum proueniunt, reddimur corde solliciti, ut circa prouisiones huiusmodi faciendas adhibeamus attentionis studium fructuose. Olim quidem sicut accepimus Burglanensi ecclesia, tue metropolitice iurisdictioni subiecta, per obitum bone memorie Josep Burglanensis Episcopi pastoris solatio destituta, dilecti filij Capitulum eiusdem ecclesie, die ad eligen-

dum prefixa, ut moris est conuenientes in unum, ac in huiusmodi negotio per uiam scrutinij procedentes, dilectum filium Johannem eiusdem ecclesie pr. positum in Burglansensem Episcopum concorditer elegerunt, idemque Johannes ex certis causis omni iuri, si quod sibi ex electione huiusmodi competeat, in tuis manibus sponte ac libere resignauit, et post huiusmodi resignationem a te receptam, anno et amplius iam elapso, tam dicti capitulum quam tu prouidere eidem ecclesie de prelato quamquam potueritis neglexistis, sicque per hoc eadem ecclesia tanto tempore iam uacauit, quod eius est prouisio ad sedem apostolicam secundum generalis statuta concilij legitime deuoluta. Nos igitur de ipsius ecclesie ordinatione sollicitate cogitantes, et cupientes per uestre prouidentie studium talem personam eiusdem ecclesie regimini presidere, per quam possit salubriter gubernari, ac de tue circumspectionis industria plenam in domino fiduciam obtinentes, fraternitati tue presentium tenore committimus et mandamus, quatenus auctoritate nostra ecclesie predicte hac uice de aliquo uiro ydoneo, qui tanto congruat oneri et honori, prouidere procures, preficientes (sic) eum ipsi ecclesie in Episcopum et pastorem, faciens sibi a capitulis (sic) supradictis et alijs sibi subditis obediri humiliter ac intendi. Contradictores etc. Non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi uel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Laterani xiii kal. Aprilis pontificatus nostri anno primo.

93.

Benedict XI.

20 Marts 1304.

Pavelig. Gunstbeviisning mod Kong Erik, at han maatte holde Guds-tjeneste inden lukkede Dørre, selv paa Steder, hvor der var Forbud.

Benedictus etc. Carissimo in Christo filio Erico Regi
Datie Illustri Salutem etc. Ut erga sedem apostolicam eo

amplius crescat tue deuotionis affectus quo eam inueneris in faciendo benigniorem tibi gratiam specialem, deuotionis tue precibus annuentes, ut cum te ad loca ecclesiastico interdicto supposita prouenire contigerit, liceat tibi per Capellanum ydoneum facere celebrari diuina et una cum tuis familiaribus domesticis ibidem ianuis clausis, non pulsatis campanis, interdictis et excommunicatis exclusis, submissa uoce diuina audire, dummodo tu uel idem Capellanus aut dicti familiares causam non dederitis interdicto, uel id tibi aut eis non contingat specialiter interdici, auctoritate tibi presentium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis etc. Datum Laterani xiii kal. Aprilis pontificatus nostri anno primo.

94.

Benedict XI.

20 Marts 1304.

En anden pavelig Gunstbeviisning mod Kong Erik, at han maatte beskikke tre af sine Klerke til Kaniker, en i Roskilde, en i Ribe og en i Slesvig.

Benedictus etc. Venerabili fratri . . Archiepiscopo Lundensi etc. Eximie deuotionis affectus, quem carissimus in Christo filius noster Ericus Rex Datie Illustris ad nos et Romanam gerit ecclesiam, sollicitat mentem nostram, ut in hijs, que sibi uotiuæ esse conspiciamus, nos inueniat fauorabiles et benignos. Hinc est quod nos dicti Regis supplicationibus inclinati fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus tres clericos et familiares ipsius, quos tibi duxerit nominandos et ad hoc ydoneos esse repperis, etiam si alias beneficiati existant, vnum uidelicet in Roskildensi, alium in Ripensi, reliquum uero in Sceuiclensi (sic) ecclesijs Regni sui, per te uel alium seu alios recipi facias auctoritate nostra in canonicos et in fratres, et eorum singulis prebendis si in ecclesijs ipsis uacant ad presens uel quamprimum ad id obtulerit se facultas, providere procures, inducens eos in illarum corporalem possessionem, et defendens inductos, stallis eis in choris et locis in Capitulis cum plenitudine iuris canonici assignatis. Non

obstantibus de certis canonicorum numeris etc. etc. Datum ut supra.

95.

Clemens V.

23 Mai 1310.

Biskop Christian af Ribe havde paa Grund af Svagelighed begjæret sin Afsked; Paven overdrog det til Biskoppen af Viborg og Børglum at modtage hans Afsked og bestemme hans Pension.

Clemens etc. Venerabilibus fratribus . . Wibergensi et . . Burglanensi Episcopis Salutem etc. Pro parte venerabilis fratris nostri Cristiani episcopi Ripensis fuit nobis cum instantia supplicatum, ut cum ipse propter debilitatem proprii corporis non sufficiat ad pontificalis officij onera supportanda cessionem ipsius uolentis premissa de causa cedere non dignitati sed loco recipi mandaremus. Nos igitur debilitati sue paterno compatiens affectu, petitioni sue in hac parte benigne duximus annuendum. Quare fraternitati uestre per apostolica scripta mandamus, quatenus si utilitati Ripensis ecclesie uideritis expedire, cessionem ipsius cum illam obtulerit curetis recipere uice nostra, assignata sibi secundum ipsius Episcopi merita tam de ipsius ecclesie iuxta eiusdem ecclesie facultates quam per eundem Episcopum acquisitis bonis congrua portione, de qua idem Episcopus congrue ualeat sustentari, ac inducatis eum uel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem portionis eiusdem, et defendatis inductum. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Ceterum denuntietis dilectis filijs Capitulo Ripensi, ut inuocata spiritus sancti gratia per electionem canonicam preficiant sibi personam ydoneam in pastorem. Datum Auinion. x kal. Junij pontificatus nostri anno quinto.

96.

Clemens V.

15 Juni 1310.

Efterat Isarnus var forflyttet ved pavelig Provision fra Lunds til Salernos Ærkesæde (ved Bulle af 12 Juni 1310), blev faa Dage efter,

ligeledes ved pavelig Provision, Æsger, tidligere Biskop i Aarhus, beskikket til hans Efterfølger. Palliet modtog han først ved Bulle af 7 Oct. 1311 (Munch. anf. St. S. 166).

Clemens etc. Carissimo in Christo filio Henrico (sic) Regi Datie Illustri Salutem etc. In amore uirtutum et illarum operibus decet celsitudinem Regiam haberi continue studiosam, presertim cum exinde benedictionis diuine premium et laudis humane preconium acquiratur. Sane Lundensi ecclesia per translationem venerabilis fratris nostri Isarni Electi Salernitani, olim Archiepiscopi Lundensis, per nos factam de ipso ad ecclesiam Salernitanam tunc uacantem pastoris solatio destituta, Nos de ipsius ecclesie ordinatione celeri, ne diu uiduitatis subiaceret incomodis, sollicito cogitantes, et cupientes illum eidem Lundensi ecclesie per nostre prouidencie studium pontificem presidere, de quo certam haberemus notitiam, quod ipsum clara meritum suorum insignia redimerent, nec dubia esset ipsius caritas erga plebem suo regimini commendandam, et in cuius fide fida recumberet securitas subditorum, et per cuius diligentie studium eadem ecclesia Lundensis in spiritualibus et temporalibus salubriter gubernetur, ac deo propitio grata suscipiat incrementa, ad personam venerabilis fratris nostri Esgeri Electi Lundensis tunc Arusiensis Episcopi, cuius clara merita nobis et fratribus nostris digna sunt experientia non ignota, dirigentes oculos mentis nostre, eum de ipsorum fratrum consilio et apostolice plenitudine potestatis a uinculo quo Arusiensi ecclesie tenebatur astrictus absoluiamus, et ad ecclesiam Lundensem transferimus supradictam, ipsumque licet absentem preficimus ipsi ecclesie Lundensi in Archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius sibi in spiritualibus et temporalibus committentes, ac liberam sibi dantes licentiam ad ipsius ecclesie Lundensis regimen transeundi, firma concepta fiducia, quod eadem Lundensis ecclesia per eiusdem Electi circumspectionis industriam preseruata diligenter a noxijs, salubribusque directa consilijs utilibus extolletur augmentis.

Quocirca magnitudinem tuam rogamus et hortamur attente, quatenus eundem Lundensem Electum et ecclesiam sibi commissam habens pro nostra et apostolice sedis reuerentia commendatos, presertim in recuperandis, ampliandis et conseruandis iuribus suis, sic te exhibeas liberalem, quod idem Electus Lundensis per tue auxilium gratie in commisso sibi ecclesie predicte regimine se possit utilius exercere, tuque diuinam et nostram ac dicte sedis beneuolentiam proinde ualeas uberius promereri. Datum Auinione xvij. kal. Julij pontificatus nostri anno quinto.

97.

Clemens V.

7 Mai 1312.

Ærkebiskop Æsger fremkom med Klagemaal over mangehaande Overlast, han maatte lide; Klagen gjaldt ikke Kong Erik, men adskillige Klerke, verdslige saavel som regelbundne, Hertuger, Grever, Baronere, Adelige og andre Lægfolk af Lunds Stift eller af Nabolaget, der satte sig i Besiddelse af Tiender, Slotte, Byer, andet Gods og Rettigheder, som hørte til Ærkesædet. Da det vilde være for vidtløftigt for hver enkelt Sag at føre Klagen frem for Paven, beskikkede denne efter Æsgers Ønske tre Mænd til conservatores og iudices i alle slige Sager, nemlig Biskoppen af Ribe, Abbederne af Løgum og Øm Klostere.

Den samme Klage fremførte Biskop Peter af Odense og Biskop Oluf af Roskilde; for hiin bleve Biskopperne af Ribe, Roskilde og Lybek, for denne Ærkebiskoppen af Bremen samt Biskopperne af Camin og Slesvig beskikkede til Værger (conservatores).

Clemens etc. Venerabili fratri . . Episcopo Ripensi et dilectis filiis . . de loco dei et . . de Cara Insula Ripensis et Aursiensis diocesis monasteriorum abbatibus Salutem etc. Ad hoc nos deus pretulit in familiam domus sue, ut oportuna singulis prouisionis auxilia fidelis seruitutis iniuncte prudentia pro tempore dispensantes, eorum presertim necessitatibus intendamus, occurramus dispendiis, ipsosque ab oppressionibus releuemus, qui assumpti in partem sollicitudinis potioris sunt dignitatis titulo insigniti. Sane venerabilis fratris nostri Esgeri Archiepiscopi Lundensis conquestione percepimus, quod nonnulli clerici seculares et Religiosi, duces, comites, Barones, Nobiles et alij laici Ciuitatis et diocesis Lundensis et partium uicinarum nuper occupa-

uerunt et occupari fecerunt decimas, castra, villas, terras, possessiones, jurisdictiones et iura, ac nonnulla alia bona immobilia et mobilia ad mensam suam Archiepiscopalem spectantia, et ea detinent occupata, seu detinentibus prestant auxilium consilium uel fauorem. Nonnullae quoque aliae personae ecclesiasticae seculares et regulares, ac vniuersitates et singulares personae ciuitatum castrorum et villarum diocesis et partium predictarum de redditibus, prouentibus, iuribus et rebus alijs ad dictam mensam spectantibus eidem Archiepiscopo uel eius vicarijs nolunt aliquatenus respondere. Nonnulli etiam ciuitatis et diocesis et partium predictarum, qui nomen domini in uacuum recipere non formidant, eidem Archiepiscopo in castris, terris, villis, jurisdictionibus, iuribus, bonis et rebus alijs ad mensam predictam spectantibus multiplices molestias inferunt et iacturas. Quare dictus Archiepiscopus nobis humiliter supplicauit, ut cum ualde difficile reddatur eidem pro singulis querelis ad apostolicam sedem habere recursum, prouidere sibi super hoc paterna diligentia dignaremur. Nos igitur aduersus occupatores, detentores, presumptores, molestatores et iniuriatores huiusmodi illo uolentes ei remedio subuenire per quod ipsorum compescatur temeritas et alijs aditus committendi similia precludatur, discretionis uestre per apostolica scripta mandamus, quatenus uos uel duo aut unus uestrum per uos uel per alium seu alios, etiamsi sint extra loca in quibus deputati estis conseruatores et iudices, prefato Archiepiscopo quoad uixerit efficacis defensionis presidio assistentes, non permittatis eundem super hijs et quibuscumque alijs bonis et iuribus ad dictam mensam spectantibus ab eisdem uel quibuscumque alijs occupatoribus, detentoribus, presumptoribus, molestatoribus et iniuriatoribus indebite molestari uel sibi grauamina seu dampna uel iniurias irrogari, facturi dicto archiepiscopo, cum ab eo etc. fueritis requisiti, de predictis et alijs personis quibuscumque super restitutione decimarum, castrorum, terrarum etc. etc. in illis uidelicet quae iudicalem requirunt indaginem de plano

sine strepitu et figura iudicij, in alijs uero prout qualitas ipsorum exegerit iustitie complementum, occupatores etc. etc. per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis. Non obstantibus etc. etc. (Som i de sædvanlige Conservatorier). Datum Vienne Non. Maij pontificatus nostri anno septimo.

In e. m. Venerabilibus fratribus . . Ripensi et . . Roskildensi, ac . . Lubicensi Episcopis etc. Ad hoc nos deus [*etc. ut supra exceptis decimis et villis et positis militibus*]. Sane venerabilis fratris nostri Petri Episcopi Ottoniensis conquestionem percepimus [*etc. ut supra per totum*]. Datum ut supra.

In e. m. Venerabilibus fratribus . . Archiepiscopo Bremensi et . . Caminensi ac . . Slewicensi Episcopis etc. Ad hoc nos deus [*etc. ut in proxima superiori usque titulo insigniti*]. Sane venerabilis fratris nostri Olai Episcopi Roskildensis conquestionem etc. etc. Datum ut supra.

(Fortsættes).

Utrykte Pavebreve

angaaende danske Kirkeforhold.

Ved Dr. L. N. Helveg.

III.

98.

Clemens V.

8 Mai 1312.

Da Paven ved Provision havde beskikket den forrige Biskop af Aarhus Æsger (Juel) til Ærkebiskop i Lund, tilkom det ogsaa ham at besætte den ledige Bispestol paa samme Maade (apud sedem Apost. vacantia). Hans Valg faldt paa Æsger (Bonde), forhen Kanik i Kapitlet, skjøndt han kun var 25 Aar, og derfor tillige skulde have Aldersdispensation.

Brevet er stilet til den udvalgte Biskop, men et ligelydende fulgte til Domkapitlet, et til Clereciet i Byen og paa Landet i Aarhus Stift, et til Befolkningen i Stiftet, et til Domkirkens Leensmænd, og endelig et til Kong Erik.

Clemens etc. Dilecto filio Esgero Electo Arusiensi Salutem etc. Inter sollicitudines alias, quibus ex debito pastoralis officij continuo pro negotiorum emergentium uarietate distrahimur, illa precipua fore dinoscitur, ut de personis ydoneis prouideamus ecclesijs uiduatis. Nuper siquidem Arusiensis ecclesia per translationem per nos factam de venerabili fratre nostro Esgero Archiepiscopo Lundensi tunc Episcopo Arusiensi ad ecclesiam Lundensem tunc pastoris solacio uacante, Nos attendentes quod nullus preter nos de prouisione prefate Arusiensis ecclesie se intromittere poterat, pro eo quod nos dudum ante uacationem huiusmodi prouisiones ecclesiarum etiam Cathedralium quarumcunque, quas apud apostolicam sedem toto pontificatus nostri tempore

uacare contingeret, dispositioni nostre ac sedis eiusdem duximus specialiter reseruandas, decernentes extunc irritum et inane, si secus super hijs a quoquam quauis auctoritate scienter uel ignoranter contingeret attentari, ac propterea ad ipsius Arusiensis ecclesie prouisionem celerem, ne prolixae uacationis incommodis exposita remaneret, paterne sollicitudinis studio intendentes, ad te canonicum dicte Arusiensis ecclesie direximus oculos mentis nostre, ac tecum super defectu etatis quem pateris, cum in vicesimo quinto etatis tue anno uel circa constitutus esse diceris, constitutione Lugdunensis concilij et qualibet alia contraria non obstante auctoritate apostolica dispensamus, teque predicto non obstante defectu reddimus habilem ad dignitatem huiusmodi obtinendam, ac considerantes litterarum scientiam, honestatem morum, conuersationis et uite munditiam, ac aliarum uirtutum dotes multiplices quibus dinosceris insignitus, te ipsi Arosiensi ecclesie de fratrum nostrorum consilio et apostolice plenitudine potestatis in Episcopum preficimus et pastorem, curam et administrationem ipsius tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, firma concepta fiducia, quod eadem Arosiensis ecclesia per tue circumspectionis industriam preseruabitur a noxijs, et optatis dante domino in spiritualibus et temporalibus proficiet incrementis. Jugum itaque domini reuerentia prompta suscipias, et suauis eius oneri sub humilitatis spiritu colla summittens, sic curam et administrationem eiusdem Arusiensis ecclesie prudenter et utiliter gerere studeas, quod ipsa sub tuo salubri regimine dirigatur prospere et salutaribus prospiciat incrementis, tuque uelud pastor solitudine peruigil ipsam Arosiensem ecclesiam gubernasse fructuoso regimine comproberis. Datum Vienne viii Idus Maij pontificatus nostri anno septimo.

In c. m. dilectis filiis Capitulo ecclesie Arusiensis. Inter sollicitudines etc. Quocirca etc. Alioquin etc. Datum ut supra. In e. m. Dilectis filijs Clero Ciuitatis et diocesis Auriensis (sic). In e. m. dilectis filijs populo Ciuitatis et

diocesis Arusiensis etc. D. u. s. In e. m. dilectis filijs uni-
uersis Vassallis ecclesie Arusiensis etc. D. u. s.

In e. m. Carissimo in Christo filio . . Regi Datie Illustri. Apud eterni Regis clementiam premium retributionis eterne et apud homines preconium tibi laudis acquiritur, si personas ecclesiasticas pontificali presertim preditas dignitate pro Regis eiusdem reuerentia fauore beniuolo protegas et presidio Regio fauorabiliter prosequaris. Nosque proinde sollicitudinem tuam ob id eo fiducialius exhortamur, quo te in operum executione bonorum speramus promptum et facilem inuenire. Nuper siquidem [etc. usque incrementis]. Quocirca serenitatem tuam rogamus et hortamur in domino, quatenus eundem Electum et ecclesiam Arusiensem predictam sue gubernationi commissam pro diuina, apostolice sedis, et nostra reuerentia tuique honoris augmento habens propensius commendatos, eidem Electo te exhibere studeas in Regali fauore munificum et in cunctis opportunitatibus gratiosum. Ita quod idem Electus Regali fultus auxilio possit in executione pontificalis officij continue prosperari, tuque ex hoc et alijs tuis pijs operibus preter retributionem felicitatis eterne, que preferenda est omnibus, tamquam princeps catholicus et benedictionis filius predictae sedis et nostram gratiam uberius consequi merearis. Datum ut supra.

99.

Clemens V.

9 Mai 1312.

Tilladelse for den valgte Biskop til at modtage Ordination af hvilken-
somhelst Ærkebiskop eller Biskop, der har det apostolske Sædes Naade
og Fællesskab, samt at aflægge Troskabseden for samme.

Clemens etc. Dilecto filio Esgero Electo Arusiensi Salutem
etc. Cvm nuper ecclesie Arusiensi tunc pastore uacanti de per-
sona tua de fratrum nostrorum consilio duximus prouidendum,
preficiendo te illi in Episcopum et pastorem, et super de-
fectu etatis quem pateris, ut eo non obstante Episco-
patum Arusiensem licite ualeas retinere, auctoritate aposto-
lica dispensandum, nos tuis supplicationibus inclinati re-
cipiendi munus consecrationis a quocumque Archiepiscopo

uel Episcopo gratiam et communionem apostolice sedis habente, accersitis et in hoc sibi assistantibus duobus uel tribus alijs Episcopis illarum partium similem gratiam et communionem habentibus, plenam et liberam auctoritate presentium tibi concedimus facultatem. Volumus autem quod idem Archiepiscopus uel Episcopus, postquam tibi predictum munus impenderit, a te nostro et ecclesie Romane nomine iuxta formam quam tibi sub bulla nostra mittimus interclusam fidelitatis recipiat iuramentum, ac formam iuramenti, quod tu prestabis nobis per tuas patentes litteras tuo sigillo sigillatas per proprium nuntium quam totius destinare procures, tu itaque ad eandem ecclesiam sponsam tuam cum gratia nostre benedictionis accedens, sic illam et clerum ac populum tibi commissum studeas salubriter gubernare, quod possis exinde dignis in domino [laudibus] comendari. Datum Vienne VII Id. Maij pontificatus nostri anno septimo.

100.

Clemens V.

22 Juli 1312.

Blandt de lærde danske Klerke, der i Kong Eriks Tid nøde stor Anseelse i Paris, nævnes Mag. Peter Alexandersen, Dr. decret., til hvem Brevet er stilet. Han opholdt sig i Paris og var regens in decretis; efter Universitetets Anbefaling og efter en Anbefaling af alle magistri regentes fik han Tilladelse til at modtage en Værdighed endnu, naar en saadan paa lovlig Maade blev ham budt — endskjønt han allerede besad Archidiaconatet i Roskilde, et Kanonikat baade i Lund og i Roskilde, foruden Sognekald, der vare forbundne med hine Værdigheder, da de alle tilsammen dog ikke skaffede ham i Paris større aarlig Indtægt end 30 Mk. Sølvs — forudsat at Embederne ikke bleve forsømte. (Jfr. ovenfor, Nr. 67).

Clemens etc. dilecto filio Magistro Petro Alexandri Archidiacono Roskildensi decretorum doctori Salutem etc. Sedis apostolice copiosa benignitas diligenter conditiones attendens et merita personarum nonnunquam benemeritis dispensatiue concedere consuevit, quod iuris obseruantia interdicat. Cum itaque, sicut oblata nobis tua petitio continebat, Archidiaconatus ecclesie Roskildensis tibi, tunc

parrochialem ecclesiam in Eggislef, Roskildensis diocesis obtinenti, sicut eam adhuc obtinere dinosceris, de nouo alias canonice sit collatus, Nos attendentes litterarum scientiam, uite ac morum honestatem aliaque multiplicia tuarum dona uirtutum, super quibus apud nos laudabile tibi testimonium perhibetur, et quod etiam Parisiis regere diceris in decretis, quodque vniuersitas Parisiensis et collegium Magistrorum in eisdem decretis ibidem regentium nobis pro te per suas litteras humiliter supplicarunt et uolentes personam tuam premissorum obtentu prerogatiua prosequi fauoris et gratie specialis, tuis et eorundem vniuersitatis et Magistrorum supplicationibus inclinati, tecum, ut non obstantibus quod in Lundensi et predicta Roskildensi ecclesijs Canonicatus obtines et prebendas, ac generalis concilij et quauis alia constitutione contraria, predictam parrochialem ecclesiam una cum eodem Archidiaconatu, presertim cum ecclesie parrochialis, Archidiaconatus ac Canonicatum et prebendarum eorundem fructus, quos existens in studio percipis, Triginta marcharum puri argenti ualorem annuum uix excedant, uel alia dignitate ipsius ecclesie Roskildensis, si tibi alias canonice in posterum forsitan conferatur, licite ualeas retinere, auctoritate apostolica dispensamus, prouiso quod Archidiaconatus et ecclesia parrochialis predicti ac huiusmodi alia dignitas si ea forsitan habueris de obsequijs non fraudetur, et animarum cura in eis, quibus illa iminet, nullatenus negligatur. Nulli etc. disp. Datum in Prioratu de Grausello prope Malau-sanam Vasionensis diocesis XI kal. Aug. pontificatus nostri anno septimo.

101.

Clemens V.

22 Juli 1312.

Afladsbrev givet Biskop Olufs Kapel ved Roskilde Domkirke. (Dette Kapel omtales ved Aaret 1317 i Pont. Ann. II S. 119).

Clemens etc. Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Salutem etc. Licet is de cuius munere uenit

[*etc. usque aptiores*]. Cupientes igitur, ut capella quam venerabilis frater noster Olauus Episcopus Roskildensis iuxta ecclesiam Roskildensem ad honorem dei et beate Marie virginis fundauit sicut asserit pariter et dotaui, congruis honoribus frequentetur, de omnipotentis [*etc. usque confisi*], omnibus uere penitentibus et confessis qui ad eandem capellam in singulis natiuitatis et Resurrectionis domini ac eiusdem beate Marie et Pentecostes festiuitatibus vnum annum et XL dies et per octauas dictarum festiuitatum causa deuotionis accesserint, annuatim Tres Quadragenas de iniunctis eis penitentijs misericorditer relaxamus. Datum in prioratu de Grausello prope Malausanam Vasio-nensis diocesis XI kal. Aug. pontificatus nostri anno septimo.

Udfyldningerne kunne sees i Dipl. Norveg. Vol. I Nr. 114, p. 101.

102.

Johan XXII.

1 Juli 1317.

Blandt de Udsugelser, de avignonske Paver bragte i Gang, var den at kræve den halve (eller, som det synes efter dette Brev, den hele) Indtægt af alle ledige Beneficier for det første Aar (see min Kirkehist. I S. 725). Opkrævningen af denne Indtægt blev for Lunds Kirkeprovinde overdraget til Ærkedegnen af Roskilde og Provsten af Lund, som derfor fik fuld Myndighed til at absolvere Vedkommende for alle Forseelser, der maatte komme af at de ikke betalte Afgiften i rette Tid.

Johannes etc. dilectis filijs . . Archidiacono Roskildensis et . . preposito Lundensis ecclesiarum apostolice sedis nuncijs Salutem etc. Cum nos, de uestra et venerabilium fratrum nostrorum . . Archiepiscopi Lundensis eiusque Suffraganeorum circumspectionis industria plenam in domino fiduciam obtinentes, uobis et eis collectionem fructuum, reddituum et prouentuum primi anni omnium et singulorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura uel sine cura etiam dignitatum, personatum et officiorum quorumlibet, ecclesiarum, monasteriorum, prioratum et aliorum locorum ecclesiasticorum tam secularium quam regularium, exemptorum et non exemptorum, que in Lundensi ciuitate et

diocesi ac prouincia tunc uacabant, et que usque ad triennium qualitercunque et ubicunque etiam si apud sedem apostolicam uacarent, quos pro nostris et ecclesie Romane oneribus facilius tolerandis et in suis agendorum subsidium de fratrum nostrorum consilio deputauimus, per nostras sub certa forma litteras duxerimus committendum, prout in eisdem nostris litteris plenius continetur, Nos uolentes, ut huiusmodi collectionis negotium eo facilius prosperetur quo maiori fueritis auctoritate muniti, absoluendi omnes illos a sententia excommunicationis tam a nobis quam quibusuis alijs in ipsos pro eo lata, quod in statutis ad hoc eis terminis non soluissent dictos fructus redditus et proventus, ac dispensandi cum eis super irregularitate, si quam dicta ligati sententia diuina officia celebrando uel immiscendo se illis forsitan contraxissent, et interdictum cui propter hoc ecclesie, monasteria et loca ipsorum subiacerent relaxandi plenam uobis et unicuique uestrum concedimus tenore presentium potestatem. Datum Auinione kal. Julij pontificatus nostri anno primo.

103.

Johan XXII.

1 Juli 1317.

Da Paven vilde bruge Ærkedegnen i Roskilde og Provsten i Lund til visse Forretninger i Danmarks Rige, saa fik hver af dem Tilladelse til at maatte beskikke en Tabellionarius (eller notarius publicus), hvem de efter omhyggelig Prøvelse fandt dygtige dertil.

Johannes etc. . . Archidiacono Roskildensi et . . preposito Lundensi ecclesiarum apostolice sedis nuncijs Salutem etc. Cum nos de uobis plenam in domino fiduciam obtinentes quedam nostro et ecclesie Romane nomine negotia vobis in Regni Datie partibus duxerimus comittenda, Nos intendentes, ut eadem negotia feliciter prosperentur, vniciuique uestrum concedendi Tabellionatus officium vni persone quam ad illud post diligentem examinationem ydoneam esse reperitis, prius ab ea iuramento recepto iuxta formam presentibus annotatam, plenam concedimus auctoritate presentium facultatem. Forma autem iuramenti quod quelibet

personarum ipsarum prestabit talis est. Ego . . iuro quod ab hac hora in antea fidelis ero beato Petro et sancte Romane ecclesie ac domino pape Johanni et successoribus eius canonice intrantibus etc. (Den hele Formular see Theiners »Hungaria sacra«, Vol. I. pag. 396. Nr. DCXXXIV). Datum Avinione kal. Julij pontificatus nostri anno primo.

104.

Johan XXII.

13 Juni 1319.

Dette Brev er et Indlæg i den hæftige Trætte, som Ærkebiskop Æsger var kommen i med Kong Erik, og det er mærkeligt derved, at Paven her holder med Kongen og giver Rigets Prælater en skarp Irettesættelse. Kongen beskyldte Ærkebispen og Rigets Biskopper for, at de holdt med de Fredløse og indrømmede dem Ophold i deres Gaarde; dette dadler Paven paa det alvorligste, foreholder dem, hvor stor Ulykke der kan komme af slig Lovovertrædelse, og forbyder dem saadant under Trudsel med Band.

Johannes etc. Venerabilibus fratribus Archiepiscopis et Episcopis ac dilectis filiis ecclesiarum prelati Danorum Sclauorumque Regni Salutem etc. Si quorumcumque temeritas in se sumit audaciam malignandi superioris debet adesse correptio, ut et ipsi ab eorum pravis actibus retrahantur et alij eorum exemplo non assumant materiam delinquendi. Petitio siquidem Carissimi in Christo filii nostri Erics Danorum Sclauorumque Regis illustris nobis exhibita continebat, quod cum sibi ceterisque fidelibus Regni sui periculosum existat, quod proscripti et bannitj de dicto Regno propter excessus et scelera eorundem in eodem Regno palam et clandestine receptentur, uos nichilominus huiusmodi proscriptos et forbannitos ob impunitatis audaciam in castris, Terris et locis uestris eiusdem Regni receptare presumitis in grauem eiusdem Regis scandalum et periculum dicti Regni. Attendentes igitur quod proteruis et reprobis malignandi crescit audacia, ubi iusticiam impediri conspiciunt ad uindictam, adeo quod nonnunquam etiam ex leuibz non punitis ad atrociam prouunt et passim ad grauiora crassantur (sic), ipsius regis supplicationibus inclinatj discretioni uestre per apostolica scripta mandamus,

quatenus a receptione proscriptorum et bannitorum predictorum in Castris, Terris et locis predictis sic de cetero abstinere curetis, quod deuotionis uestre promptitudinem commendare possumus. Alioquin ad excommunicationis sententias in personas uestras et penas alias procedamus prout nobis uidebitur expedire. Datum Auinione Idibus Junij pontificatus nostri anno Tertio.

105.

Johan XXII.

1 Juli 1319.

Dette og det følgende Brev handle om en Skole i Odense, som det udtrykkelig hedder, ved Frue Kirke, altsaa forskjellig fra den egentlige Domscole ved St. Knuds Kloster. Dette Brev er en Stadfæstelse paa en Gave, som en Kanik i Roskilde, Bondo Hugorm, havde skjænket Skolehuset til Lærlingenes Underhold. Af Bynavnene ere Hjermetslev i Vendsyssel, Agger i Thy, Harrendrup (i Vendsherred) og maaske Brendrup i Fyen med nogenlunde Sikkerhed kjendelige.

Johannes etc. Dilectis filijs scholaribus domus site in Ciuitate Othoniensi iuxta ecclesiam beate Marie Virginis Othoniensem Salutem etc. Cvm a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem officij nostri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio uestra nobis exhibita continebat, quod dilectus filius Bondo Hukorme Canonicus ecclesie Roskildensis, de propria salute cogitans et cupiens Terrena in celestia et transitoria in eterna felici commercio commutare, quasdam in Hyalmesces in Wendsysal, in Aagher in Thynthasysal, in Harnthorp cum Terris decem Marcharum argenti sibi adiacentibus cum tribus inquilinis et omnibus pertinentijs, ac in eodem loco in Harnthorp vnam aliam cum terris decem Marcharum argenti sibi adiacentibus et vno Molendino et vno fundo qui Thote uulgariter nuncupatur, et in Braguathorp cum terris decem et octo orarum Argenti Curias. necnon Terras Sex Marcharum Argenti in censu in campo Gerikstath iuxta Othoniam cum suis attinencijs et pertinentijs vniuersis, ac terras duarum Marcharum argenti in campo de Burthorp

Othoniensis diocesis, tunc ad eundem canonicum ratione persone sue spectantes vobis et domui uestre pro uestra uestrorumque successorum eiusdem domus scholarium sustentatione pia et prouida liberalitate donauit, prout in patentibus litteris inde confectis ipsius canonici sigillo munitis plenius dicitur contineri, Nos itaque uestris supplicationibus inclinati, quod super hec prouide factum est, ratum et gratum habentes, id auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nullj etc. nostre confirmationis etc. Datum Auinione kal. Julij pontificatus nostri anno Tertio.

106.

Johan XXII.

1 Juli 1319.

I Lunds Kirkes Gavebog (Script. III p. 569) berømmes Kong Erik for, at han har opført et nyt Huus for de fattige Skoledrenge i Odense. Hvad det har været for et Huus kan man ikke være i Tvivl om, naar man kjender dette Brev, hvoraf det fremgaaer, at han ved denne Skole ved Frue Kirke i Odense har stiftet Stipendier for 12 Skolarer. (Det er altsaa urigtigt, naar Hvitfeld (S. 1086) henlægger Stiftelsen af dette Stipendium til Dronning Margrethe eller Erik af Pommern). Af de Bynavne, der nævnes i den kongelige Gave, ere maaskee kun kjendelige: Hjermetzlev i Vendsysel, Steenløse, Roskilde Stift* (men i Ølstykke ikke Mierløse Herred) og Gamborg i Vendsherred i Fyen. Brevet er stilet til Skolarerne, og siger, at Kongen efter de bedste Mænds Raad og Villie har overladt dem Patronatsretten til Kirken, saaledes at naar Nogen af dem forfremmes til Præst eller af andre Grunde fjærnes fra Huset, da skal der antages en anden duellg Person i hans Sted med Kongens Villie. Fremdeles forbeholder Kongen sig at beskikke en Prokurator for Godset, og han kunde frit tage Bestemmelse med dette, men kun for sin Levetid. Denne Anordning havde Biskoppen i Odense stadfæstet, saaledes at han uopløselig havde knyttet Kirken til Skolehuset, men til Rectoratet ved Kirken (Præstembedet) forbeholdt Kongen sig fremdeles Præsentationsretten. Undervisningen i Skolen besørgedes af en Magister, til hvis Lønning Biskop Peter skjenkede Skolehuset Fraugde Kirke, mod at Tjenesten besørgedes af en Vikar. (Herved er dog det at mærke, at samme Biskop Peter ved et Brev af 10 Novbr. 1314 skjenkede Fraugde Kirke til St. Knuds Kloster, til Prioren Johan og Capellet sammesteds (Regesta I nr. 1798); han maa altsaa senere, rimeligviis efter Kongens Tiilskyndelse, have taget en anden Bestemmelse, hvad maaske har givet Anledning til, at Prioren paa Capellet's Vegne nedlagde Protest for Biskoppen angaaende Fraugde Kirke, (den 5 Dec. 1316, Suhm XI. S. 780).

Johannes etc. Dilectis filiis scholaribus [*etc. ut supra*] Salutem etc. Ea que diuini laudem nominis et ipsius cultus augmentum respicere dinoscuntur, ut perpetuis futuris temporibus firma et illibata persistent, apostolico conuenit presidio communiri. Oblata siquidem nobis pro parte Carissimi in Christo filij nostri Erics Regis Danorum Sclauorumque regis (sic) Illustris petitio continebat, quod dudum ipse ad honorem dei omnipotentis et beate Marie virginis Matris eius et suorum ac genitorum eius remissionem peccaminum pro duodecim Scolaribus in Ciuitate Othoniensi iuxta ecclesiam beate Marie uirginis Othoniensem sustentandis, omnia bona que tunc in Hielmeslef in Wedesysel Burglanensis, Stenlesæ in Mierloschereth Roskildensis, Ganleburgen. in Wendesletteren. et Othonien. dioc. obtinebat et bona omnia in Cayerby eiusdem Othoniensis diocesis, que fuerunt quondam Nich. Tiend laici Othoniensis diocesis ad eundem Regem legaliter deuoluta, cum omnibus iuribus, agris, pratis, pascuis, Molendinis, Aquis, Piscarijs, Siluis et alijs eorum pertinentijs quibuscumque in busco [et] jn plano, necnon iure suo Regio tam quadraginta Marcharum quam inferiorum iurium suorum Regia liberalitate donauit et contulit ad usus uestros perpetuis temporibus permissura (sic), dimittens uobis de consilio et uoluntate meliorum Regni sui Jus patronatus et quodcumque ius aliud, quod ipse et progenitores sui habuerant ab antiquo in ecclesia supradicta, Ita quod cum aliquis uestrum et qui pro tempore ibidem fuerint instituti, ad sacerdotij ordinem promotus, seu aliter de uestra domo ob aliquam causam remotus extiterit, alius loco ordinati siue remoti, secundum ipsius Regis et suorum in eodem Regno Successorum uoluntatem, ydoneus assumatur, et quod uos, ut ad laudem dei et beate Marie virginis matris eius cultus diuinus deuotius ageretur, et plenius secundum prouisionem, dispositionem ac ordinationem procuratoris uestri augeretur diuino officio in eadem ecclesia teneremini interesse, Potestatem uero uobis de Bonis ipsis procuratorem ponendi et cum placuerit mu-

tandi sibi et eisdem Successoribus imperpetuum omnimodam et liberam retinendo, ac ponendo condicionem huiusmodi in premissis, quod si bona premissa pro alijs uobis magis utilibus sibi in uita sua placuerit permutare, donationibus predictis nequaquam obstantibus, omni contradictione postposita, libera in uita sua facultas et potestas solummodo remaneret. Venerabilis quoque frater noster Petrus Othoniensis Episcopus ordinationem huiusmodi auctoritate ordinaria comprobauit, ac predictam ecclesiam domui uestre irreuocabiler annexauit et uniuit auctoritate predicta, ea tamen ratione, quod Rector quicumque pro tempore fuerit ipsius ecclesie per dictum Regem et suos successores presentandus, ab eodem Episcopo uel eius successoribus ratione parrochie ipsius ecclesie curam reciperet animarum, ac Scholares inibi futuros tanquam clericos sue diocesis sub protectione ecclesiastica recepit specialiter muniendos, postea uero dictus Episcopus parrochialem ecclesiam de Frawyth Othoniensis diocesis domui uestre de uoluntate et consensu patronorum eiusdem ecclesie de Frawyth ordinaria auctoritate annexuit ad instanciam dicti Regis, Ita tamen quod magister uester, qui tunc erat et pro tempore foret, de fructibus eiusdem ecclesie de Frawyth vestitum haberet, et uobis in libris scolasticis prouidere perpetuo teneretur, prouiso quod in eadem ecclesia de Frawyth institueretur perpetuus vicarius qui curam haberet et in ea seruiret laudabiliter in diuinis, prout in patentibus litteris inde confectis ipsorum Episcopi et Regis sigillis munitis plenius continetur. Nos itaque ipsius Regis supplicationibus inclinati premissa rata habentes et grata, ea auctoritate apostolica ex certa scientia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli etc. nostre confirmationis etc. Datum Auinione kal. Julij pontificatus nostri anno Tertio.

107.

Udtog af fire forskjellige Bevillingsbreve, tilstaaede Kong Erik; de tre første af 13 Juni 1319, det fjerde af 12 Juli 1319.

Johannes etc. Erico Regi Danorum. (Tilladelse til at lade holde Messe for sig «antequam illucescat dies», under de i Brev af 15 Marts 1299 angivne Restrictioner, sædvanlig Formular). Avinione Id. Junij pontificatus nostri anno III.

Johannes etc. Erico Regi Danorum. (Tilladelse til at lade holde Messe for sig og sine paa Steder, ellers belagte med Interdict. Formularen omtrent som i Brev af 20de Marts 1304). D. u. s.

Johannes etc. Erico Regi Danorum . . quod sex clerici tui commensales quamdiu obsequijs tuis institerint etc. usque ad quinquennium, fructus, redditus etc. beneficiorum suorum ecclesiasticorum percipere possint sine personali residentia etc. — (sædvanlig Formular) D. u. s.

Johannes etc. Erico Regi Danorum . . (Tilladelse til at vælge en Confessor der kan absolvere ham in mortis articulo — sædvanlig Formular) Avinione quarto Idus Julij (12 Juli 1319).

108.

Johan XXII.

21 Marts 1320.

Dette Brev er et Bidrag til Oplysning om Striden mellem Kongen og Ærkebiskoppen (s. Nr. 104). Æsger var kommen til Avignon for at fremme sine egne og Lunde Kirkes Sager (s. min Kirkehist. I. S. 740), og fik nu af Paven Tilladelse til, at han, skjøndt udenfor sit Stift, maatte optage et Laan af 1000 Gylden, i sit eget og i Lunde Kirkes Navn.

Johannes etc. venerabili fratri Esgero archiepiscopo Lundensi Salutem etc. Cum sicut in nostra proposuisti presentia constitutus tam pro tuis necessariis quam ecclesie tue Lundensis negotiis apud Sedem apostolicam expediendis utiliter te subire oporteat magna onera expensarum, nobis humiliter supplicasti, ut usque ad Summam mille florenorum auri mutuum contrahendi sub modo et formis infrascriptis, sine quibus creditores putas te inuenire non posse, tibi largiri licentiam dignaremur. Nos igitur de tua tam in hiis quam in aliis circa tua et ipsius ecclesie negotia utiliter promouenda et expedienda circumspectione ac diligentia confidentes, et nolentes quod propter expensarum ipsarum defectum indigentiam patiaris, uel quod eadem negotia in-

expedita remanere contingat, tuis supplicationibus inclinati, fraternitati tue contrahendi mutuum propter hoc usque ad predictam summam mille florenorum auri nomine tuo et ipsius ecclesie Lundensis ac te ipsum et successores tuos tua et eorundem bona mobilia et immobilia presenciam et futura, predictam uero ecclesiam propterea taliter usque ad summam predictam creditoribus obligandi, usuris omnino cessantibus, quod eadem etiam ultra annum ob hoc non remaneat debitis obligata, et renuntiandi constitutioni de duabus dietis edite in concilio generali et felicitis recordationis Bonifacii pape VIII predecessoris nostri que cauetur ne quis certis exceptis casibus extra suam ciuitatem et diocesem ad iudicium euocetur, et beneficia restitutionis in integrum omnibus litteris et indulgentiis apostolicis impetratis et impetrandis omni iuris canonici et ciuilibus auxilio, conuentioni iudicium et locorum, si eorundem creditorum nomine super hijs apostolicas litteras contigerit impetrari, necnon et omnibus alijs exceptionibus per quas contra creditores eosdem tu dictique tui successores possetis imposterum uos tueri, plenam auctoritate presentium concedimus facultatem. Volumus insuper et concedimus, iuxta quod postulasti a nobis, quod tu et successores tui creditoribus ipsis huiusmodi pecuniam de bonis dicte ecclesie soluere, et dampna et expensas ac interesse reficere teneamini, si in terminis ad hoc constituendis eadem pecunia non fuerit persoluta, quodque ipsis creditoribus pretextum alicuius constitutionis canonice uel ciuilibus aut cuiuscumque priuilegij uel indulgentie sedis apostolice, de quibus in nostris litteris plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum oporteat fieri mentionem, et per que tu et successores prefati ualeatis ulterius uos tueri, dictam pecuniam in iamdicte ecclesie utilitatem conuersam fore probandi necessitas non incumbat, sed sola tui hoc facientis confessio in instrumentis conficiendis super mutuo huiusmodi quantitatis inserta sufficiens plena et efficax probatio irrefragabilior habeatur. Ceterum ne in hoc uorago locum sibi uendicet usurarum, nostre intentionis existit et

volumus, quod tu et iidem successores ac dicta ecclesia Lundensis tua seu sua uel ipsorum bona per has nostras litteras per cuiuspiam fraudis seu caliditatis austutiam sub quouis pallio seu colore uerborum ad usuras aliquas obligari nullatenus ualeatis, easdem litteras concessionis cautiones et recognitiones seu promissiones per eas uel earum auctoritate seu occasione factas, quo ad obligationem usurarum huiusmodi decernentes irritas et inanes et nullius penitus existere firmitatis, eis nichilominus quoad premissa que usurarum prauitatem non sapiant in suo robore duraturis, nec usurarum pretextu maliciose aliquatenus impugnantis; nostre enim intencionis ut prefertur existit, quod eadem ecclesia et eius bona huius nostre concessionis pretextu ultra predictum annum ad soluendum quantitatem prefatam nullatenus remaneat obligata. Datum Auinione XII kal. Aprilis pontificatus nostri anno quarto.

109.

Johan XXII.

8 April 1320.

Guido, Dekan ved Lunds Domkirke, (som under Striden med Ærkebispem synes at have staaet paa Kongens Side, s. min Kirkehist. I. S. 716; 738), fik Tilladelse til at oppebære Indtægterne af sine Beneficier i to Aar, som om han residerede, med Undtagelse af Distributionerne, hvor han end maatte opholde sig.

Johannes etc. Dilecto filio Guidoni decano ecclesie Lundensis Salutem etc. Personam tuam tuorum nobis exigencia meritorum acceptam, super quibus laudabilia tibi testimonia suffragantur, fauore beniuolo prosequentes, ac volentes propter hoc gratiam tibi facere specialem, tuis supplicationibus inclinati tibi auctoritate presentium indulgemus, ut in loco ubi studium uigeat generale, uel in aliqua ecclesiarum in quibus beneficiatus existis residens uel in peregrinatione existens fructus redditus et prouentus beneficiorum tuorum ecclesiasticorum que obtines usque ad biennium cum ea ualeas integritate percipere, cotidianis distributionibus dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperes, si in ecclesijs in quibus huiusmodi beneficia obtines per-

sonaliter resideres. nec ad residendum interim in eisdem aliquatenus tenearis, neque ad id a quoquam ualeas coartari. Non obstantibus etc. etc. Prouiso quod interim huiusmodi beneficia debitis non fraudentur obsequijs et animarum cura si eorum alicuj imineat nullatenus negligatur. Nulli etc. nostre concessionis etc. Datum Auinione, VI Idus Aprilis pontificatus nostri anno quarto.

In e. m. venerabili fratri . . Episcopo Othoniensi et dilectis filijs, Buxolo de Parma Tornacensis, ac Willielmo dicto Craak Lundensis ecclesiarum canonicis cappellanis nostris Salutem etc.

110.

Johan XXII.

8 April 1320.

Til Vilhelm Kraak, Dr. legum og Kanik i Lund, overdrager Paven »i Betragtning af, at han har ydet Lunde Kirke kraftigt Forsvar mod dens Undertrykkere«, af særlig Gunst ved pavelig Provision et Kanonikat ved samme Kirke. (Han nævnes som Underhandler i Striden mellem Kronen og Ærkesædet — min Kirkehist. I. S. 736 — men efter den Maade, han omtales her, synes det, at han har været paa Kirkens Side).

Johannes etc. Dilecto filio Willielmo dicto Craak legum doctori canonico Lundensi Capellano nostro Salutem etc. Uiros litterarum scientia preditos, morum ac uite honestate decoros et alijs multiplicibus gratiarum muneribus redimitos, precipue quod augmentum gratie nostre continue deuocionis studio mereri prospicimus, libenter fauoris apostolici munificentia preuenimus, proseguendo illos dignis honoribus et fauoribus gratiosis, vt quantomagis per sedem apostolicam se conspexerint honorari, tanto sollertius studeant de uirtute proficere in uirtutem, et sedem apostolicam sincerioris deuocionis promptitudine reuereri. Hijs igitur in te paterna consideracione pensatis, eo graciosius donis prosequi tuam personam intendimus, quo plenior de tuis laudabilibus meritis per familiarem experientiam conuersacionemque placidam noticiam obtinemus. Considerantes itaque, quod persona tua ecclesie Lundensi, prout fidedigna relacione percepimus, conseruandis et defensandis iuribus

eiusdem ecclesie ab insultibus oppressorum existit plurimum fructuosa, ac propter hoc cupientes te canonicorum ipsius ecclesie collegio agregare, volentes tibi gratiam facere specialem, Canonicatum eiusdem ecclesie cum plenitudine iuris canonici apostolica tibi auctoritate proprio motu, non ad tuam uel alterius pro te nobis facte petitionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate conferimns et de illo etiam prouidemus; prebendam uero nulli alij de iure debitam, si que in dicta ecclesia uacat ad presens, uel cum uacauerit, quam per te uel procuratorem tuum ad hoc legitime constitutum infra vnus mensis spatium, postquam tibi uel eidem procuratori uacatio illius innotuerit, duxeris acceptandam, conferendam tibi post acceptacionem huiusmodi cum iuribus et pertinencijs suis donacioni apostolice reseruamus, districtius inhibentes venerabili fratri nostro . . Episcopo etc. Non obstantibus etc. Datum Auinione VI Idus Aprilis pontificatus nostri anno quarto.

In e. m. venerabilibus fratribus . . Ripensi et . . Arusiensi Episcopis ac dilecto filio, Magistro Buxolo de Parma Canonico Tornacensi Capellano nostro etc.

111.

Johan XXII.

28 Mai 1320.

Et mærkeligt Aktstykke, der vil give en kort Opgjørelse over Ærkesædets og Kronens Mellemværende, saaledes som Ærkebispnen vilde have det betragtet. Brevet er stilet til Magister Bernardus, sædvanlig skrives Tilnavnet de monte Valrano, der som pavelig Nuntius fulgte Ærkebispnen hjem for at afgjøre Sagen (see min Kirkehistorie I. S. 745), i Henhold til den Anviisning, som her er givet. Det fremgaar heraf, at Æsgers Trætte hænger paa det nøieste sammen med Jens Grands, at Kong Erik vilde frigjøre sig for de Forpligtelser, han dengang havde maattet indgaae, men desværre er det vanskeligt at see af Brevet, som det foreligger, naar Omtalen af Jens Grands Sag ender og Omtalen af Æsgers begynder, da det, der ligger imellem, Isarnus's Episkopat, slet ikke nævnes. Rimeligviis er dog Overgangen der, hvor Pavens sententia modificata er anført, saaledes at naar det fremdeles hedder, at Kongen vægrede sig ved at opfylde sine Forpligtelser, dette da maa henføres til Æsgers Tid, uden at det her omtales, hvorledes det havde været, saalænge Isarnus beklædte Ærkesædet. Iøvrigt stemmer hvad der her siges om Æsgers Anker over Kongen og hans Fremfærd ganske

med hvad der er sagt i min Kirkehist. I. S. 732—34; 735—41; den Ridder, hvem Kongen overdrog Bestyrelsen af Bornholm, er rimeligviis Johan Kanne, der nævnes S. 736 efter Script. VI p. 543.

Johannes etc. dilecto filio Magistro Bernardo de Montenabrano (sic) archidiacono Sicalonie in ecclesia Bituricensi Salutem etc. In nostra et fratrum nostrorum presentia Venerabilis frater noster Esgerus Archiepiscopus Lundensis, lamentabilem proposuit querimoniam constitutus, quod cum olim clare memorie Ericus Rex Dacie, dum adhuc uiueret, propter enormes excessus quos in personas et bona venerabilis fratris nostri Johannis Bremensis, tunc Lundensis Archiepiscopi, antecessoris sui (sic) et quondam Jacobi prepositi ecclesie Lundensis in grauem summi Regis offensam commiserat, in quadraginta nouem milibus Marcharum argenti eisdem Archiepiscopo et ecclesie soluendarum fuisset auctoritate apostolica sententialiter condemnatus, ac demum bone memorie Jsarnus Salernitanus Archiepiscopus, tunc Archipresbiter ecclesie Carcassonensis, executor super executione huiusmodi sentencie auctoritate deputatus, eadem omnia bona et iura, que dictus Rex in ciuitate et diocesi Lundensi habebat tunc temporis et per se uel per alium tunc temporis seu alios possidebat eisdem Archiepiscopo et ecclesie Lundensis, Hallandia dumtaxat excepta, pro huiusmodi assignasset marcharum summa cum pleno dominio insolutum, ipsaque sententia modificata dicte sedis auctoritate in hunc modum postmodum extitisset, videlicet quod Rex prefatus priuilegia, libertates et bona, in quorum possessione eadem ecclesia Lundensis tempore predictorum excessuum existerat, eidem ecclesie restitueret, si exstarent, alioquin ueram predictorum extimacionem et usque ad ualorem decem milium marcharum argenti ad pondus Lundense in bonis immobilibus assignaret, decernendo interdicti in Regno Dacie, ac excommunicationum sententias in dictum Regem et fautores suos occasione premissorum ab homine uel a iure prolatas predictis bonis iuxta moderacionem huiusmodi assignatis eisdem archiepi-

scopo et ecclesie relaxandas. Quam quidem assignacionem, nedum quod Rex predictus adimplere curaret, verum etiam ne debitum sortiretur effectum impediuit in salutis proprie detrimentum, eosdem nichilominus Archiepiscopum et ecclesiam bonis predictis, per memoratum Archipresbiterum ut predicatur assignatis eisdem, per uiolenciam spoliando, et insuper idem Rex contra clerum et ecclesiasticas personas Lundensis ciuitatis et diocesis indignacione concepta, eos qui uenire ad ipsius regis seculare forum, ad quod ipsorum infringendo priuilegia et etiam libertates trahi faciebat iniuste, et ibidem alijs respondere nolebant, prout nec etiam tenebantur, ac clericos et homines ecclesiarum dictarum ciuitatis et diocesis, quare noua thelonea et pedagia, tallias et collectas indebitas aliaque intollerabilia onera de mandato suo eisdem inposita soluere denegabant, ipsorum bona per iniuriam uiolentam inuasit, aliter eisdem clericis et hominibus diuersis penis inflictis et molestiis irrogatis¹⁾. Et ut ipsos Archiepiscopum et ecclesiam Lundensem grauioribus pressuris affligeret, ipsius archiepiscopi consanguineis, familiaribus et subditis, ne sibi astarent in aliquo uel etiam obedirent, expresse inhiuit de facto, in depressionem enormem ecclesiastice libertatis, et ab eis extorto super hoc iuramento nichilominus, Et deinde Rex prefatus, vt dictus Archiepiscopus eius grauaminibus durius premeretur, ab eo Mille quingentas marchas argenti exegit iniuste, et pro quinque milibus Marcharum sibi certis terminis soluendarum per vim et metum qui cadere poterat in constantem extorsit diuersas fideiussorias cauciones, et eum quia impositionibus theloneorum et pedagiorum huiusmodi ac onerum, collectarum, talliarum et grauaminum eorundem illacionibus contradicens, se ad ueniendum ad apostolicam sedem notificaturus illa nostro apostolatuui preparabat, Rex predictus eosdem archiepiscopum et eccle-

¹⁾ Hele dette uklare Stykke er nøiagtig gjengivet efter Munchs Afskrift, hvor der er tilføiet et »sic«.

siam nonnullis bonis, iuribus, libertatibus et immunitatibus eorumdem per se et alios indebite spoliauit, fructusque, redditus et prouentus bonorum ipsorum fecit recipi minus iuste, super ipsis Johanne Kannam (?) milite suo administratore de facto minus rationabiliter ymmo consumptore potius deputato. Et adhuc dictus Rex tantis molestiis et iniuriis non contentus eosdem Archiepiscopum et ecclesiam Lundensem, postquam idem Archiepiscopus iter arripuit ad sedem veniendi predictam, castro et terra Borredholm (sic) ad ipsos pleno iure spectantia (sic) spoliauit, dilectos filios Tuchonem Jacobini (sic) et Henricum Canonicos Lundenses, ac Borquardum eiusdem Archiepiscopi Capellanum ante ipsorum ad dictam sedem aduentum aliquibus, et demum ipsis ad eandem accedentibus sedem residuis bonis eorum omnibus ecclesiasticis et mundanis per se et alios spoliauit, eodem bona indebite detinendo, et percipiendo redditus eorundem, ad decimas quoque pro fabricis ecclesiarum Lundensis diocesis et prouincie deputatas manus occupationis extendens, illas non sine multa nostri displicencia creatoris propriis usibus applicauit; propter que aliquae dictarum ecclesiarum, in quibus deuota laudum frequentia colebatur omnipotens, cum non haberetur vnde posset eisdem fabricis subueniri, ruinam miserabilem pertulerunt. Quare prefatus Archiepiscopus nobis humiliter supplicauit, ut sibi et eidem ecclesie et aliis supradictis super tantis calamitatibus et pressuris prouidere paterna diligentia dignaremur. Nos igitur super illis archiepiscopo et ecclesie et aliis supradictis pio compatiens affectu, et ad releuacionem ipsorum paterne sollicitudinis studiis intendentes, discrecioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus, si est ita, per te uel per alium seu alios dicti regis heredes et successores, ac uniuersos et singulos bonorum eisdem archiepiscopo et ecclesie Lundensi iuxta modificationem assignatorum predictam ac terre ac castri in Borrendholm, nec non et bonorum canonicorum cleri personarum cleri et hominum predictorum de-

tentores ex parte nostra moneas attentius et inducas, ut infra certum perhemptorium terminum competentem, quem eis ad hoc duxeris statuendum, eadem bona, terras et castrum, cum fructibus indeperceptis, et qui percipi potuerunt, eisdem Archiepiscopo et ecclesie, dictisque canonicis, clero, personis et hominibus bona predicta, ipsique heredes et successores dictas Millequingentas Marchas memoratas, fideiussoribus a premissis fideiussione et obligatione penitus absolutis, eidem archiepiscopo, et tolonea, pedagia, tallias, collectas et penas exacta ut premittitur canonicis, clero, personis et hominibus ipsis, dictasque decimas memoratas ecclesiis sine diminucione restituant, ipsisque archiepiscopo et ecclesie, canonicis, clero, personis et hominibus de dampnis et iniuriis plenam et debitam satisfactionem impendant, et a quouis impedimento, quominus iidem archiepiscopus et ecclesia uti priuilegiis, libertate, iuridiccione et immunitate predictis, ipsamque iuridictionem exercere libere ualeant, studeant abstinere, eos omnes et singulos, cuiuscumque dignitatis preheminentie uel status extiterint, etiam si pontificali uel regali seu quauis alia premineant dignitate, ad premissa omnia per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compellendo. Non obstantibus si eis uel eorum aliquibus communiter uel diuisim a dicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi uel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mencionem. Datum Aui-nione. v. kal. Junij pontificatus nostri anno quarto.

112.

Johan XXII.

24 Juli 1320.

Æsger havde gjort opmærksom paa, at den da regjerende Konge Christopher var den samme, der tidligere i hans Broders Kong Eriks Tid havde fængslet Ærkebisen Jens Grand tilligemed tvende Præster, der begge vare døde i hans Fængsel, og at han af den Grund endnu var i Band. Derfor gav Paven Mag. Bernardus i dette Brev Myndighed til at løse ham af Band, naar han havde tilfredsstillet den romerske og lundske Kirke.

Johannes etc. Dilecto filio Bernardo de Monte Valrano in Regno Dacie apostolice sedis nuncio Salutem etc. Sicut venerabilis frater noster Esgerus Archiepiscopus Lundensis nobis exposuit, Christoforus Rex Dacie jllustris dudum venerabilem fratrem nostrum Johannem tunc Lundensem Archiepiscopum et quondam Lalonem quondam Johannem presbiteros capi fecit, dictumque Johannem archiepiscopum quondam Erico fratri suo captum commissit (sic), dictos uero presbiteros tandem in suo carcere mortuis in terra fecit sepelirj prophana, propter cuius quidem Archiepiscopi captionem dictus Christoforus fuit a felicis recordationis Bonifacio pape VIII predecessore nostro specialiter excommunicationis uinculo innodatus et pro excommunicato in Dacia reputatus. Nos igitur dicti Esgeri Archiepiscopi supplicationibus inclinati, discretioni tue de qua plenam in domino fiduciam gerimus specialem, per apostolica scripta commitimus et mandamus, quatenus dictum Regem ab excommunicationis sententijs, quas premissorum occasione incurrit, satisfacta Romana et Lundensi ecclesijs competenter, hac uice auctoritate nostra iuxta ecclesie formam absoluas. Datum Auinione IX kal. Augusti pontificatus nostri anno quarto.

113.

Johan XXII.

24 Juli 1320.

Trende pavelige Dispensationsbreve til Kong Christopher: at hans Skriftefader maatte give Munke af hvilkensomhelst Orden, der spiste ved Kongens Bord, Dispensation til at nyde af de Retter, der bleve fremsatte; at hans Kapellaner saavel i Kapellerne som andetsteds hvor de læste Messe maatte modtage Offer; og endelig at hans Skriftefader maatte meddele ham Absolution for alle Synder, undtagen dem, der vare det apostoliske Sæde forbeholdne.

Johannes etc. Carissimo in Christo filio Christoforo Regi Dacie illustri Salutem etc. Meritorum prerogatiua tuorum et tui status exigentia nos inducunt, ut te apostolici fructus affluentia prosequentes, tibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc est quod nos tuis supplicationibus inclinati, ut

confessor tuus cum Religiosis tam Cisterciensis quam cuiuscumque alterius ordinis tecum in tua mensa sedentibus, quod carnibus et alijs communibus cibis uesci libere ualeant auctoritate nostra dispenset cum uiderit expedire, non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus contrarijs dictorum ordinum apostolica uel alia quauis auctoritate uallatis, dummodo ad id Religiosis eisdem alias uoti emissio non obsistat, auctoritate apostolica indulgemus. Nulli etc. nostre concessionis etc. Datum Auinione XI kal. Augusti pontificatus nostri anno quarto.

Johannes etc. Carissimo in Christo filio Christoforo Regi Dacie Jllustrj Salutem etc. Sincere dilectionis affectus, quo sedes apostolica personam tuam non indigne prosequitur, promeretur, ut uotis tuis fauorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos tuis supplicationibus inclinatz, ut capellani tui coram te in capellis tuis et alibi missarum solennia celebrantes a te et alijs Christi fidelibus, qui tecum eisdem missis intererint, oblationes recipere et in proprios usus conuertere licite ualeant, auctoritate apostolica indulgemus. Nullj etc. nostre concessionis infringere. Datum Auinione IX. kal. Augusti pontificatus nostri anno quarto.

Johannes etc. Carissimo in Christo filio Christoforo Regi Dacie Jllustrj Salutem etc. Personam tuam sincera diligentes in domino caritate petitionibus tuis libenter annuimus, illis presertim quas ex affectu deuotionis procedere tuamque salutem respicere intuemus, tuis itaque supplicationibus inclinati tibi auctoritate presentium indulgemus, ut aliquem ydoneum sacerdotem in tuum ualeas assumere confessorem, qui confessione tua audita te ab omnibus peccatis tuis, nisi talia forent propter que esset sedes apostolica merito requirenda, apostolica auctoritate absoluat et tibi iniungat penitentiam salutarem, prout anime tue saluti uiderit expedire. Nulli etc. nostre concessionis. Datum Auinione IX kal. Augusti pontificatus nostri anno quarto.

Johan XXII.

4 Sept. 1320.

Dette Brev fremdrager et Træk i Kong Eriks Kirkestyrelse, som tidligere var ubekjendt, nemlig en hæftig Trætte mellem ham og St. Hans Klostrene her i Landet, hvad der iøvrigt ganske stemmer med det Forhold, han udviste mod Ærkebispens og det hele Kleresi. Paven begynder sin Skrivelse med en Lovtale over Magisteren og Brødrene af St. Hans Orden, hvis Bestemmelse var som Herrens stærke Stridsmænd mandelig at stride Herrens Strid mod den katholske Troes Fjender; men dette havde Kong Erik forglemt, ja meget mere tragtet efter at tilføie Brødrene haarde Krænkelser; han havde, medens han levede, imod den fælles Ret (jus commune) stevnet dem for verdslige Domstole; han og hans Kjøbmænd havde paalagt Brødrene og de Huse, de havde i Kjøbstederne, utilbørlige Paalæg, og efter eget Tykke idømt dem Pengebøder; han havde plyndret deres Familier, Bryder og Landboere, i deres Baiivier og Huse, især i Simalodia (? hvis det ikke skulde være en Feilskrift for Sjælland, hvor Andvorskov var deres anseeligste Huus), og borttaget Kvæg og Korn, og alle disse Bøder, Afgifter og Indsamlinger havde Kongen og Kjøbmænd krævet af Brødrene som af verdslige Personer. For des haardere at trykke Brødrene havde han berøvet dem alle de kongelige Frihedsbreve, der tidligere var dem givne, ladet dem afgive den Tilstaaelse, at alt hvad de eiede i Danmark havde de faaet af Kronen, og det Løfte, at de ikke vilde optage og beholde nogen dansk Mand med hans faste Eiendomme uden Kongens Villie, at Prioren vilde straffe nogle af Brødrene, der vare Kongen særlig forhadte, efter hans Villie, at Prioren og Brødrene ikke vilde afsende nogen Klage til det apost. Sæde over de Fornærmelser, der vare dem tilføiede, men snarere tage ham i Forsvar, hvis slige Klager skulde komme op. Siden da Prioren for samme Hospital med nogle præstviiede og andre Brødre havde søgt Kongen for at begjære hans Naade, havde nogle af Kongens Mænd, med haarde Ord, Trusler og Vold afnødt dem den Forpligtelse at de vilde betale nogle af Kongens Riddere 1000 Mark Sølv. Saalænge Kong Erik levede, maatte de tie, men nu var det Pavens Begjæring, da den nævnte Konge utvivlsomt var hjemfalden til Bands Straf, at hans Efterfølger Kong Christopher vilde som en katholsk Fyrste give Magisteren, Prioren og Brødrene en passende Godtgjærelse, at Kongens Riddere skulde tilbagegive den omtalte Forskrivning, og de saavel som Embedsmænd og Kjøbmænd bøde for deres Fremfærd. Der blev derhos givet Bisperne af Odense, Linkjøbing og Wexiø det Hverv at paasee, at denne Kjendelse fuldstændig og omhyggelig blev efterfulgt.

Johannes episcopus etc. Carissimo in Christo filio . .
 Regi Dacie jllustri Salutem etc. Quanto maiora de manu
 domini dona gratie recepistj, quantoque altius diuina po-

tentia solium tue dignitatis erexit, tanto teneris deuotius sue recognoscere gratie largitatem, suisque feruentius inherere beneplacitis et mandatis, ad que serenitatem tuam eo libentius inuitamus, quo desiderabilius concupimus per fructum bonorum operum in conspectu reddaris altissimi gratosus. Non est siquidem noticie tue dilectissime filii, sicut extimamus, incognitum, quod dilecti filij . . magister et fratres Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani pro ulciscenda nostri redemptoris iniuria tamquam fortes athlete domini exponentes uiriliter se ac sua, et intrepide bellum domini contra hostes catholice fidei preliantes in partibus terre sancte mortis pericula non formidant, propter quod per te et alios principes Christianos condignis sunt attollendj fauoribus et in eorum bonis et iuribus conseruandi, sed sicut ex conuestione dictorum Magistri et fratrum accepimus, quondam Ericus Rex Dacie predecessor tuus, hec meditatione debita non attendens, quin potius aspirans ad iniurias et molestias eorundem fratres hospitalis eiusdem infra Regni Dacie terminos consistentes, per se et officiales suos trahi faciebat de facto dum uiueret contra ius commune ad iudicium seculare, et eos cum subditis suis in seculari litigare curia compellebat, tam ipse quam mercatores suj eis contra libertates et tenores priuilegiorum apostolice sedis et aliorum per catholicos Reges Dacie qui fuerunt pro tempore concessorum eisdem fratribus ipsis et domibus eorundem, quas habebant in villis forensibus in quibus moram fratres ipsi trahebant, exactiones indebitas et graues collectas et tallias imponendo, et ipsos in pecuniarijs condemnando penis pro sue libito uoluntatis et alias, eorum familias villicos et colonos in Balliuijs et Curijs eorum infra Regnum constitutis predictum residentes, et presertim in Simalodie (sic) partibus, animalibus, victualibus, frumento, supellectilibus et alijs bonis omnibus per suos satellites spoliando, dictasque condemnationes, Tallias et collectas, tam idem rex quam mercatores ipsi, a prefatis Priore et fratribus exigendo, sicut a personis secularibus

uiolenter, Et ut fratres ipsi eiusdem Regis processibus durius premerentur, ipsos omnibus libertatibus et defensionibus Regijs, ut cunctis per hoc daretur intelligi, quod eos in personis et bonis eorum liceret offendere sine pena, per dictum Regnum denunciarj fecit fore priuatos, confessionem seu recognitionem (sic) ab eis, quod omnia eorum et dicti Hospitalis bona infra dictum Regnum Dacie consistentia ab ipso et eiusdem Regni corona tenerent, ac promissionem, quod nullum de regno Dacie cum bonis suis immobilibus absque sua uoluntate recolligere presumerent uel tenere, dictusque Prior quosdam fratres hospitalis eiusdem, quos Rex ipse habebat exosos, iuxta sue puniret beneplacitum uoluntatis, nullamque ijdem Prior et fratres de iniurijs per eum illatis eisdem querimoniam deponerent apostolice sedi, quin potius eum ab eisdem iniurijs liberum dicerent et absolutum, promissionem per uiolentiam extorquendo, cumque postmodum Prior hospitalis eiusdem in regno prefato, una cum quibusdam clericis in sacerdotio constitutis et alijs fratribus hospitalis eiusdem, ad dicti Regis presentiam, ut indignationem placarent ipsius et implorarent gratiam, accessissent, homines quidam prefati Regis dictionj subiecti contra priorem et fratres eosdem dampnandis ausibus insurgentes, eos post graues iniurias, post uerba dura, post plagas diuersas illatas eisdem, et post bona ipsorum omnia impia predatione direpta, ab eis promissionem et obligationem mille marcharum argenti quibusdam dicti Regis militibus certis terminis soluendorum, ac litteras super promissione et obligatione huiusmodi, et quod super hijs et alijs diuersis molestijs et iniurijs illatis eisdem nunquam apostolice sedi querelam exponerent, de ipsius Regis mandato, per uim et metum, qui cadere jn constantem poterant, extorserunt, super quibus ijdem Prior et fratres, dicti Regis seuam Tyrampnidem formidantes, reclamare dum uiueret nequiuert. Ex quibus Rex prefatus excommunicationis sententiam latam a canone non est dubium incurrisse. Cum igitur dilectissime fili tue salutis expediat co-

modis tueque celsitudinis honori conueniat, ut super predictis que in diuine maiestatis offensam, ecclesie Romane matris tue iniuriam, et contemptum et derogationem ecclesiastice libertatis, quam tu uelut princeps catholicus summo studio defensare teneris, fuerint detestabilj temeritate presumpta, satisfactio debita memoratis Magistro et Priori et fratribus impendatur, magnificentiam regiam paterno rogamus et hortamur affectu, quatenus, premissis in scrutinio benigne considerationis adductis, de predictis collectis, tallijs, exactionibus, condempnationibus, ablatis fructibus, redditibus, dampnis et iniurijs debitam eis satisfactionem impendas, et per mercatores et alios predictos facias exhiberi, tuque dilectissime filj, qui regi prefato in regno memorato succedis, eisdem Priori et fratribus confessionem, recognitionem et promissionem huiusmodi, sublata qualibet difficultate, remittas prefato (sic) milites et homines ad remittendum priorj et fratribus antedictis promissionem et obligationem easdem cohertione debita compellendo, alioquin venerabilibus fratribus nostris . . Ottoniensi et . . Lincopensi ac Wexionensi Episcopis damus per alias nostras litteras in mandatis ut si eis, per euentiam facti uel alias inquisita super premissis summarie de plano sine strepitu et figura iudicij ueritate, de illis constiterit te, officiales, mercatores, milites et homines supradictos et alios qui ad hoc de iure tenentur, ad satisfaciendum Priori et fratribus antedictis de predictis collectis, tallijs, exactionibus, condempnationibus, ablatis fructibus, redditibus, dampnis et iniurijs per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compellant et decernant, confessionem, recognitionem, promissionem et obligationem predictas penitus non ualere, ipsosque Priorem et fratres ad obseruationem illarum aliquatenus non teneri, et nichilominus eis oportune defensionis assistentes presidio super illis non permittant eosdem indebite molestari, molestatores huiusmodi censura similj, appellatione postposita, compescendo. Datum Auinione II non. Sept. pontificatus nostri anno quarto.

In e. m. venerabilibus fratribus .. Ottoniensi et .. Lin-
copensi ac Wexionensi Episcopis Salutem etc. Querelam dilectorum
filiorum.. Magistri et fratrum Hospitalis sancti Johannis Jerosolimitani
accepimus, quod quondam Ericus rex Datie non attendens, quod
idem magister et fratres pro ulciscenda nostri redemptoris iniuria
tamquam fortes athlete etc. etc. etc. — Quocirca fraternitati
uestre per apostolica scripta mandamus, quatenus uos uel duo
aut unus uestrum per uos uel per alium seu alios, si dictus rex
precibus et hortationibus nostris huiusmodi acquiescere forte con-
tempserit, et uobis per euidenciam facti uel alias inquisita
summarie de plano sine strepitu et figura iudicij veritate con-
stiterit de premissis, regem, officiales, mercatores etc. ad satis-
faciendum priori et fratribus antedictis de memoratis collectis,
tallijs etc. etc. etc. compellatis etc. etc. non obstantibus etc. etc.
Datum ut supra.

115.

Johan. XXII.

19 Marts 1322.

Om Besættelsen af Roskilde Bispestol. Efter Biskop Olufs Død
foregik Valget af hans Eftermand paa lovlig Maade, men da den valgte
Biskop Johan tilligemed Kapitlets Prokuratorer kom til Lund, for at
søge Stadfæstelsen, var Ærkebisen i Rom og der var Ingen paa Stedet,
som havde Myndighed til at foretage Handlingen, hvorfor han maatte
søge sin Konfirmation i Rom.

Johannes etc. dilecto filio Johanni electo Roskildensi
Salutem etc. Pastoralis officij nobis quamquam immeritis
superna dispensatione commissi cura sedula sollicitat mentem
nostram, ut vniuersis orbis ecclesijs pro earum statu re-
gendo, salubriter et feliciter dirigendo, quantum nobis ex
alto conceditur, sollicite cogitemus, sed de illis ecclesijs,
quas uacationum detrimentis expositas intuemur, propensior
imminet nobis cura, ut eis per nostre prouidentie studium
viri preficiantur ydonei, qui sciant et possint ipsis preesse
pariter et prodesse. Dudum siquidem, ecclesia Roskildensi
per obitum bone memorie Olauj Episcopi Roskildensis pa-
storis solatio destituta, dilecti filij.. prepositus et capi-
tulum ipsius ecclesie, uocatis omnibus qui uoluerunt, debu-

erunt et potuerunt comode interesse, die ad eligendum prefixa, ut moris est, insimul conuenerunt, et, spiritus sancti gratia inuocata, deliberantes in huiusmodi electionis negotio per uiam procedere compromissi, tibi decano, Johanni Cantori, Guidoni de Hallandia, Johanni Henrici et Petro Frodonis, canonicis ecclesie antedictae, prouidendi ea uice de uobis ipsis uel alijs de gremio ecclesie prefate dumtaxat eidem ecclesie per electionem canonicam de Pastore concesserunt unanimiter liberam potestatem, usque ad certi temporis spatium tantummodo duraturam, teque a reliquis compromissarijs huiusmodi, collegis tuis, eadem potestate recepta, secedentibus in partem, post deliberationem, quam super hoc inter vos diligentem habere curastis, tandem ipsi college in te in sacerdotio constitutum virum quidem litterarum scientia peditum, moribus et uita laudabilem, in spiritualibus prouidum et in temporalibus circumspectum, uota sua concorditer direxerunt, ac deinde dictus Johannes Henrici uice sua et predictorum collegarum, ac de ipsorum et capituli predictorum mandato, te infra idem spatium in episcopum Roskildensem elegit et electionem huiusmodi coram dicta (sic) capitulo solenniter publicauit, ipsique Capitulum electionem eandem concorditer acceptarunt, necnon prefati capitulum fecerunt electionem predictam per cantorem eundem clero et populo Roskildensi publicari, tuque postmodum ad instantiam Capituli predictorum electioni huiusmodi consensisti et subsequenter tam tu quam certi procuratores ydonei ad id ab eisdem Capitulo specialiter deputati ad ecclesiam Lundensem, loci metropolitica, pro confirmatione obtinenda ipsius electionis accedere curauistis. Verum quia tu et dicti procuratores apud eandem ecclesiam Lundensem neminem reperistis, qui a venerabili fratre nostro . . Archiepiscopo Lundensi, tunc apud sedem apostolicam constituto, ad quem eiusdem electionis confirmatio pertinebat, confirmandi electionem ipsam potestatem haberet, postea tu et ipsi procuratores ad sedem prefatam uos personaliter contulistis, et

electioni (sic) predicte nobis presentato decreto, ipsam confirmari per nos suppliciter postulastis in hijs omnibus statutis a iure temporibus observatis. Nos igitur electionis prefate processum tueque persone merita in fratrum nostrorum presentia cum eisdem procuratoribus examinauimus diligenter, et quia electionem eandem de te persona ydonea inuenimus canonice celebratam, eam de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica confirmamus, teque ipsi ecclesie Roskildensi preficimus in Episcopum et pastorem, curam et administrationem illius tibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, firma concepta fiducia, quod, dirigente domino actus tuos, dicta ecclesia Roskildensis sub tuo felici regimine augmenta suscipiet comodi et honoris. Onus itaque predicti Regiminis suscipiens reuerenter, in ampliandis honoribus et profectibus procurandis eiusdem ecclesie Roskildensis te gerere studeas sollicitum, et fidelem gregem dominicum in ea tue commissum fidei doctrina uerbi et operis informando, ita quod exinde, preter diuine retributionis premium, tibi a nobis et eadem sede commissum benedictionis et gratie prouenire ual at incrementum. Datum Auinione XIII kal. Aprilis pontificatus nostri anno sexto.

In e. m. (mutatis mutandis) Preposito et Capitulo ecclesie Roskildensis. In e. m. Dilectis filiis Clero Ciuitatis et diocesis Roskildensis. In e. m. dilectis filiis Populo Ciuitatis et diocesis Roskildensis. In e. m. dilectis filiis uniuersis vasallis ecclesie Roskildensis. In e. m. venerabili fratri . . Archiepiscopo Lundensi Salutem. Ad cumulum etc. promererej. In e. m. Carissimo in Christo filio Christoforo Regi Datie Illustri Salutem etc.

116.

Johan XXII.

18 April 1322.

Samme Biskop Johan fik Befaling om at modtage Ordinationen af Biskoppen af Ostia, Raynaldus.

Johannes etc. Venerabili fratri Johanni Episcopo Roskildensi Salutem etc. Nuper Roskildensi ecclesia pastoris solatio destituta dilecti filij Capitulum eiusdem ecclesie te

elegerunt etc. Nos igitur tuis huiusmodi supplicationibus inclinati . . eandem electionem . . . duximus . . confirmandam etc. . . cum autem postmodum per venerabilem fratrem nostrum Raynaldum Episcopum Ostiensem tibi fecerimus munus consecrationis impendi, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus ad predictam ecclesiam sponsam tuam etc. accedens etc. etc. Datum Auinione XIII kal. Maij pontificatus nostri anno sexto.

117.

Johan XXII.

1323?

Dette og det følgende Brev handler om et i Kong Eriks Tid oprettet Jomfru Kloster af Cistertienser-Ordenen i Odense Stift. Stifterinden var en Enkefru Valborg. Enke efter Otto kaldet Foget, som da hun ved sin Søn Johannes's Død var kommen i Besiddelse af Familiens Gods, skjænkede det til et Kloster af Cistertienserordenen, og gav sig selv derind. Der viste sig imidlertid nogen Vanskelighed. Hendes afdøde Søn Johannes havde i Ridder Morten Dues Tjeneste paadraget sig Gjæld og Kreditorerne krævede nu af det nye Kloster denne Gjæld, som Morten Due dog førend sin Død havde anerkjendt som sin. Desuden havde Kong Erik paa Fru Valborgs Begjæring, endskjøndt han tilfulde kjendte denne Sag, stadfæstet hendes Gave, og havde af kongelig Myndighed skjænket Klosteret Privilegium med udtrykkelig Nævnelse af det omstridte Gods. Men efter hans Død havde Kreditorerne sat deres Fordringer igjennem med Magt, efter den verdslige Rets Kjendelse, endskjøndt Enken, saa godt hun forstod det, havde appelleret til Paven, paa sit Modersmaal (in suo vulgari idiomate). Selv reiste hun derpaa til Avignon, og Pave Johan bemyndigede trende Prælater ved dette Brev til at undersøge Sagen, nemlig Biskoppen af Wilberg (Viborg?), den pavelige Nuntius Bernardus de monte Valrano, samt en svensk Kanik Niels Sigvastsen (see min Kirkehistorie 2den Deel. S. 38).

Det omtalte Klosters Navn anføres ikke, men formodentlig er det Halsted Kloster paa Lolland, altsaa inden Odense Stift, det nuværende Baroni Juellinge. Dette Klosters Stiftelsestid og hele Indretning har hidtil været fuldkommen ubekjendt, og første Gang det nævnes, er netop i Kong Erik Menveds Tid, nemlig 1305, da der omtales en Prior ved samme Kloster. Forunderligt nok er det, at der ved denne som ved flere andre Leiligheder nævnes Priorer som dette Klosters Forstandere,¹ men dette strider ikke bestemt imod, at det jo kan have været et Jomfrukloster, da det ikke er uden Exempel, at Jomfruklostre havde Priorer som Bestyrere af Godset. Morten Due, der nævnes i Brevet som Kong Eriks Drost, omtales oftere i hans Historie; han nævnes ligeledes her i Pavebrevene Nr. 88.

Johannes etc. venerabili fratri.. Episcopo Wilbergenſi.. Archidiacono Sicalonie in ecclesia Bituricensi et Magistro Nicolao Sigwasti canonico Vpsalensi Salutem etc. Accedens ad presentiam nostram dilecta in Christo filia Walburgis, relictā quondam Ottonis dicti Fogat uidua, Ottoniensis diocesis, nobis significare curauit, quod ipsa dudum, zelo deuotionis accensa, quoddam Monasterium monialium Cisterciensis ordinis ad honorem dei et beate Marie virginis gloriose fundauit in suo proprio solo, sito in diocesi supradicta, cui omnia bona immobilia, que per successionem quondam Johannis filij sui obuenerant, obtuli (sic) dedit et imperpetuum applicauit, seque deuouit ibidem domino perpetuo seruituram, sed cum post modum pretextu quorundam debitorum, que dictus Johannes nomine quondam Martini dicti Duua, Militis eiusdem diocesis, cuius obsequijs idem Johannes dum uiueret inherebat, dicitur extraxisse, prefatum Monasterium ad instantiam creditorum, quibus debita huiusmodi debebantur, que dictus Miles recognouerat ante sui obitum, ut asseritur, esse sua, in bonis predictis grauiter vexaretur, clare memorie Ericus Danorum Sclauorumque Rex, huiusmodi negotio plenius intellecto, oblationem et donationem per eandem Walburgim factas de dictis bonis Monasterio prelibato expresse ratificans, immunitatis et libertatis priuilegium cum dictorum expressione bonorum auctoritate Regia duxit eidem Monasterio concedendum. Demum uero Rege prefato, sicut domino placuit, de presenti uita sublato, dictoque Monasterio bona predicta iure suo pacifice possidente, creditores predicti in bonis eisdem, diuino cultui sicut premittitur dedicatis, per potentiam et impressionem curie secularis, appellatione uel pro-uocatione per eandem uiduam, quantum in ea fuit, et eo modo quo melius sciuit et potuit in suo uulgari ydiomate, propter hoc ad sedem apostolicam interiecta contempta penitus, contra sancxiones canonicas et aliter indebite presumpserunt et presumunt, bona occupando et distrahendo predicta, Monasterium ipsum multipliciter molestare in eiusdem

Monasterii graue dampnum et preiudicium manifestum. Quare dicta uidua nobis humiliter supplicauit, ut super hijs eidem Monasterio prouidere de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur, ad quos spectare dinoscitur lesis Monasterijs subuenire, uolentes eidem Monasterio, ad quod predicta bona pertinere dicuntur, de oportuno remedio super hijs paterne diligentie studijs prouidere, discretioni uestre per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus uos uel duo aut unus uestrum per vos uel alium seu alios super predictis simpliciter summarie et de plano ac sine strepitu et figura iudicij, vocatis qui fuerint euocandi, super hijs uos diligentius informantes, exhibere curetis prefato Monasterio celeris iusticie complementum. Contradictores etc. Non obstantibus si eis uel ipsorum aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi uel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Seu si appellatio uel prouocatio huiusmodi legitime interposita forsitan non existat et per eandem uiduam uel alium nomine dicti Monasterii non fuerit infra tempus legitimum prosecuta. (Dateringen mangler; næstforegaaende Nr. er dat. Avin. III non. Oct. an. 7).

118.

Johan XXII.

1328?

Dette Brev handler ganske om den samme Sag som det foregaaende, og er en Henvendelse til Kong Christopher med Begjæring om, at han efter sin afdøde kongelige Broders Exempel vilde antage sig Enkens Sag.

Johannes etc. Carissimo in Christo filio Christoforo Danorum Sclauorumque Regi Illustri Salutem etc. Quanto deuotius affici Regiam pietatem ad loca Religiosa et ecclesias ecclesiasticasue personas summi Regis contemplatione supponimus, tanto confidentius ea tue celcitudini (sic) commendamus. Sane dilecta in Christo filia Walburgis, relicta quondam Ottonis dicti Fagat (sic) uidua, diocesis Ottoniensis, Sedem apostolicam adiens nobis exponere procurauit, quod

ipsa dudum zelo deuotionis accensa quoddam Monasterium monialium Cisterciensis ordinis in suo proprio solo fundauit, cui omnia bona immobilia, que ex successione quondam Johannis filij sui peruenerant ad eandem, et alia ad ipsam pertinentia quouis modo obtulit et dedit ac perpetuum applicauit, seque deuouit ibidem domino perpetuo seruituram, sed cum postmodum pretextu quorundam debitorumque dictus Johannes nomine quondam Martini dicti Duua militis, cuius obsequijs dum uiueret inherebat, dicitur contraxisse, prefatum Monasterium ad creditorum instantiam, quibus huiusmodi debita debebantur, que prefatus Miles ante sui obitum recognouerat esse sua, super dictis bonis grauiter uexaretur, clare memorie Ericus Rex Danorum Sclauorumque, germanus et predecessor tuus, plene huiusmodi negotio intellecto donationem factam predictam Walburgis de bonis eisdem Monasterio prelibato, ut asseruit uidua predicta, ratificans, jmmunitatis et libertatis priuilegium cum dictorum expressione bonorum eidem Monasterio Regia liberalitate concessit, prout ex ipsius tenore priuilegij per dictam Walburgis (sic) apud sedem apostolicam exhibiti, quem inseri presentibus fecimus, Regie magnificencie clarius innotescere (sic), demum uero dicto germano et predecessore tuo, sicut domino placuit, sublato de medio, teque ad Regni solium sublimato, dicti creditores per impressionem et potentiam curie secularis in bonis predictis, diuino cultui, accedente confirmatione Regia, sicut premititur, dedicatis, presumpserunt et presumunt, ut asseritur, dictum monasterium contra sancxiones canonicas ac priuilegia Regia multipliciter molestare. Quocirca Serenitatem Regiam rogamus attentius et hortamur, quatenus dicti germani et predecessoris super hijs uestigijs inherendo, dictum priuilegium Regij approbatione muniminis pro diuina ac nostra et apostolice sedis reuerentia roborans et confirmans, non sinas predictum Monasterium per creditores ipsos uel quousuis alios super predictis indebite molestari, sed illud potius taliter propiciatione fauoris regij

prosequaris, quod Moniales ibidem collocande in tranquillitate mentis uacare diuine contemplationi iugiter ualeant, tuque proinde diuine et humane laudis preconij attollaris. Tenor uero prefati priuilegij dinoscitur esse talis. (Her ophører Brevet uden Datering; næstfølgende er dateret: Auinione XV kal. Oct. anno 7).

119.

Johan XXII.

14 Juni 1323.

Taksigelse til Kong Christopher for den Modtagelse den pavelige Nuntius Mag. Bernardus havde fundet i de Aar, han havde opholdt sig her. Tillige omtales det her, hvad det var for Afgifter han skulde opkræve. Tiendedelen af alle geistlige Præbenders Indkomster i sex Aar for 1314-20; Indtægten af de ledige Beneficier (see min Kirkehist. I. S. 725); Legater skjænkede til det hellige Lands Hjælp samt Afgifter af Roskilde Kirke og nogle andre. Ved disse sidste maa udentvivel tænktes paa Afgifter, foranledigede ved Vacance, Servispenge og Annater.

Vedføiet er en Opfordring til Biskoppen af Ribe om at yde den nævnte Nuntius sin Bistand.

Johannes etc. Carissimo in Christo filio Christoforo Danorum Sclauorumque Regi Illustri Salutem etc. Benigne recepimus et uidimus diligenter Regie serenitatis litteras, quibus dilectum filium Magistrum Bernardum de Monte Valrano, Archidiaconum Sicilonie in ecclesia Bituricensi, Capellanum nostrum, apostolice sedis nuncium, per nos ad partes Regni tui specialiter destinatum, de decima sexenniali ac fructibus beneficiorum uacantium, et legatis factis pro subsidio terre sancte, necnon et prouentibus ecclesie Roskildensis, et nonnullis alijs in eodem Regno collegisse et recepisse, ac extra illud misisse magnas auri et argenti pecunie quantitates, nobis tua sublimitas intimaui, postulans de nostro beneplacito, cui promptitudinem obtulisti Regiam, super hijs edoceri. Prefato (sic) fili carissime super predictis gratiarum tibi actiones uberes referentes, magnitudinem Regiam volumus non latere, quod nos de dicto Archidiacono, quem virum fidelem et discretione peditum reputamus, gerentes fiduciam plenioram, ipsum ad predicta et alia nonnulla nostra et ecclesie Romane proseguenda ne-

gotia duximus destinandum, indubie supponentes, quod ipsi de predictis pecuniarum summis et alijs gestis et administratis per ipsum nostre Camere et aliter, sicut tenebitur, fideliter respondebit. Quare tam ipsum quam predicta et alia per nos sue solitudinij comissa negotia Regie celsitudini commendantes, eandem rogamus attentius et hortamur, quatenus ipsum super hijs et alijs pro nostra et apostolice sedis reuerentia fauore Regio prossequaris, ad nos habiturus recursum in tuis oportunitatibus cum fiducia filiali. Datum Auinione XVIII kal. Julij pontificatus nostri anno septimo.

Johannes etc. Venerabili fratri Johanni Episcopo Ripensi Salutem etc. Dilectum filium Magistrum B. de Montealrano Archidiaconum Sicalonie in ecclesia Bituricensi capellanum nostrum, apostolice sedis nuncium, per nos ad partes Regni Dacie destinatum ac negotia per nos in illis partibus sue discretionij comissa fraternitati tue propentius (sic) comendantes, eam rogamus attentius et hortamur, quatenus, super eisdem negotijs feliciter prossequendis sic eidem assistas pro nostra et apostolice sedis reuerentia consilij, auxilijs et fauoribus oportunis, quod te fideliter ipsum nuncium super hijs dirigente, dicta negotia prosperentur, ipseque nobis de te grata referre ualeat et nos tuam debeamus beniuolentiam cum gratiarum actionibus commendare. Datum ut supra.

120.

Johan XII.

9 Oct. 1325.

Om Valget af den nye Ærkebiskop efter Æsgers Død, hvorved den Valgte, Domprovst Karl, efterat have erholdt pavelig Stadfæstelse, anbefales Kongen.

Johannes etc. Carissimo in Christo filio . . Regi Dacie illustri Salutem etc. Ad fouendum in caritatis visceribus Ecclesiarum prelatos ac eos precipue, qui dignitate pontificali preeminent, eo te fiducialius nostris precibus inuitamus, quo in bonorum executione operum celsitudinis regalis affectum extimamus magis promptum et facilem inuenire, maxime cum apud deum, cuius ijdem prelati obsequijs de-

putantur, tibi retributionis eterne premium et apud homines exinde preconium proueniat ample laudis. Dudum siquidem, Ecclesia Lundensi per obitum bone memorie Esgeri Archiepiscopi Lundensis, Swetie primatis, pastoris solatio destituta, dilecti filij Carolus Electus Lundensis tunc prepositus, . . decanus et Capitulum ipsius, uocatis omnibus qui debuerunt uoluerunt et potuerunt commode interesse, die ad eligendum prefixa, ut moris est, insimul conuenerunt et, spiritus sancti gratia primitus inuocata, deliberantes in huiusmodi Electionis negotio per uiam procedere compromissi, dilectis filijs Johanni preposito Otthoniensi, Nicolao dicte Lundensis, Petro Roschildensis Archidiaconis, Petro Thrugoti et Magistro Thome Vbbonis Canonicis eiusdem Lundensis Ecclesiarum prouidendi ea uice de se ipsis uel alijs, de gremio ipsius Ecclesie Lundensis dumtaxat, per electionem Canonicam de pastore unanimiter concesserunt plenam atque liberam potestatem usque ad certum temporis spatium tantummodo duraturam, ipsi namque compromissarij, huiusmodi potestate recepta, secedentes in partem, post deliberationem, quam super hoc inter se habuerunt diligentem, demum in prefatum Electum, in sacerdotio constitutum, direxerunt concorditer uota sua, et deinde prefatus Archidiaconus Roschildensis uice sua et eorundem collegarum suorum ac decani et Capituli predictorum, nec non et de ipsorum omnium ibidem presentium mandato eundem Electum in Archiepiscopum Lundensem infra huiusmodi spacium elegit, et electionem huiusmodi predictis omnibus presentibus publicauit, ipsique omnes Electionem eandem uoluntarie acceptarunt, que subsequenter fuit per dictum decanum de mandato predictorum Capituli Clero et populo solenniter publicata, idemque Electus postmodum electioni presentate sibi ad instantiam dictorum Capituli consensit, ac deinde ad sedem apostolicam personaliter accessit, et tam ipse per se quam prefati Capitulum per certos eorum procuratores ydoneos, ad hoc ab eis ad sedem ipsam propterea destinatos, confirmari per nos electionem predictam,

illius nobis presentato decreto, humiliter supplicarunt, in hijs omnibus statutis a iure temporibus observatis. Nos igitur electionem ipsam eiusdemque Electi persone merita per venerabilem fratrem nostrum Guilielmum Episcopum Sabinensem, ac dilectos filios nostros Guilielmum tituli sancti Ciriaci in Termis presbiterum et Neapoleonem sancti Adriani diaconum Cardinales examinari fecimus diligenter, factaque nobis ab eis super hijs relatione plenaria et fideli, quia inuenimus electionem eandem de ipso Electo persona ydonea, cui uite munditia, morum elegantia, litterarum scientia, spiritualium et temporalium prouidentia circumspecta et ad defensionem bonorum et iurium ipsius ecclesie Lundensis temporalis potentia, prout ex testimonijs fidedignis accepimus, laudabiliter suffragantur, canonice celebratam, illam de fratrum nostrorum consilio auctoritate apostolica confirmamus, ipsumque Carolum predictae Lundensi ecclesie preficimus in Archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius sibi tam in spiritualibus quam in temporalibus plenarie committendo, in eo qui dat gratias et largitur premia confidentes, quod dextera domini secum faciente uirtutem, eadem Lundensis ecclesia sub eius felici regimine uotiuu honoris et commodi suscipiet incrementa. Quia igitur fili carissime uirtutis opus esse dinoscitur ecclesias et personas ecclesiasticas, presertim dignitate pontificali preditas, benigno fauore prosequi, ac eas uerbis et operibus pro Regis eterni gloria uenerari, Serenitatem Regiam rogamus et hortamur attente, quatenus eosdem Archiepiscopum et ecclesiam Lundensem prefatam sibi commissam sic habeas pro nostra et dicte sedis reuerentia in eorum oportunitatibus propensius commendatos, quod dictus Archiepiscopus tue celsitudinis fultus auxilio in commissa sibi pastoralis officij cura possit, deo propicio, assidue prosperari, ac tibi exinde a retributore bonorum omnium perennis uite premium rependatur, tibi que a nobis condigna proueniat actio gratiarum. Datum Aninione VII Idus Octobr. pontificatus nostri anno decimo.

121.

Ex formulis Johannis p. XXII. per Martinum de Ebolo Vicecancell. Nr. 872.

Udateret.

Da Brevet mangler alle Tidsbestemmelser, og da Munchs Anm. endog gjør Begyndelsesbogstavet af Biskoppens Navn usikkert, er det umuligt at have nogen sikker Mening om de Forhold, hvorunder det er fremkommet. Det handler om en Biskop i Odense, der tillige var Franciskanermunk (professor ordinis fratrum minorum), og er Begyndelsesbogstavet rigtigt, saa ligger det nær at tænke paa Biskop Regner, der i Kong Erik Glippings Tid var stærkt indviklet i Jacob Erlandsens og Peter Bangs Strid. Den i Brevet omtalte Biskop var nemlig, paa Grund af Uenighed med Kongen, stævnet for Pavens Domstol; efterat han havde opholdt sig i nogen Tid ved Pavens Hof fik han Afløsning og Tilladelse til at vende tilbage til sin Kirke, hvorpaa Paven medgiver ham dette Brev til Stiftets Clerici, at de skulde modtage ham med Glæde og vise ham skyldig Lydighed. — Alt dette kunde nok passe paa Biskop Regner; men er Brevet fra en senere Tid og er det udfærdiget af Pave Johan XXII, da maa det angaae Biskop Peder, som ogsaa en Gang var indviklet i en Strid med Kong Erik Menved (see min Kirkehistorie I S. 730—31), uden at de nærmere Omstændigheder ved denne Strid ere bekjendte. Dog maa det derved bemærkes, at et ovenfor anført Pavebrev (Nr. 91) gjør det tvivlsomt, om denne Biskop var Franciskaner Munk, hvad han sædvanlig udgives for.

Quod populus recipiat Episcopum qui accusatus ueniens ad Curiam recedit licentiat. R. Clero et populo Ciuitatis et diocesis Othoniensis. Qui disponente patre luminum curam gerimus omnium ecclesie filiorum, deuotionem uestram ad id sollicite faciendum debemus inducere, per quod uobis benedictionis diuine premium digne ualeat provenire. Sane Venerabilis frater noster R. Othoniensis Episcopus, professor ordinis fratrum minorum cum pretexto quarumdam discordiarum Regni Datie olim apostolice sedis fuisset auctoritate citatus, se uelut obedientie filius, et confissus (sic) de innocentie sue meritis, ac etiam de conseruatione fame sollicitus, eidem sedis conspectui personalliter presentauit. Cumque idem Episcopus diu apud sedem ipsam sub mora diutina constitutus, se illis grauatum lamentaretnr incommodis, que dispendiosa parit proprietas senectutis, et affectum tedio laborum multiplicium et grauium oneribus expensarum, quas ueniendo et morando

pertulerat, ac per dies singulos sustinebat, Nos circa ipsum, cui de religiosa uita et pia conuersatione a quam plurimis fidedignis laudabile testimonium perhibetur, paterne ducti compassionis affectu, eum ab illis omnibus, pro quibus huiusmodi citatio facta fuerat, duximus absoluendum, concessa sibi licentia, ut in Christi nomine ad suam libere rediret ecclesiam, de cura commissi sibi gregis uigilem et efficacem diligentiam habiturus. Rogamus itaque uniuersitatem uestram et hortamur attente, per apostolica uobis scripta mandantes, quatenus prouide attendentes, quod donum superne gratie ac preconium humane laudis acquiritur, si reuerendis patribus a deuotis filijs condigna reuerentia promptis affectibus impendatur, dictum Episcopum, cum ad uos deo duce peruenerit, pro diuina et nostra reuerentia recipientes ylariter et deuote, in omnibus, in quibus tene-mini, sibi, quamdiu gratiam et communionem predictae sedis habuerit, obedire et intendere studeatis, ita quod ipse letetur in uobis deuotionis habere filios, et fructum paterne benedictionis gaudeatis in ipso per consequens obtinere, Nosque nichilominus sinceritatem uestram exinde merito commendare possimus.

(M. Anm.) Da Brevene i Martini Ebuli Formularbog alene ere anførte for Formularens Skyld, ere stundom de der forekommende Navne skjædesløst skrevne, hvorvel det øvrige er skrevet meget smukt og taalelig nøiagtigt. Saaledes er det ingenlunde sikkert, at Begyndelsesbogstavet R. i den her omtalte Biskops Navn er rigtigt.

122.

Johan XXII.

9 Juni 1324.

Uddrag af tvende pavelige Provisions- og Dispensationsbreve. a. Karl Eriksen (maaskee den samme Karl, der 1325 blev Ærkebiskop i Lund) fik et Kanonikat i Roskilde, uanseet at han allerede besad et Præbende i Lund uden Sjælesorg, og et i Odense Stift (Costensis skal vist være Toftensis c: Provst i Tofte) med Sjælesorg. b. Magister Peter Ricolfsen fik et Kanonikat i Ribe.

Carolo Erici prouidetur de canonicatu ecclesie Roskildensis, non obstante inter alia quod Lundensem sine cura et Costensem Ottoniensis diocesis cum cura habeat ecclesias. Executores: Abbas Monasterij de Nestwidh Roskildensis diocesis — Archidiaconus Upsalensis — Magister Hermannus de Boemia Canonicus Pragensis. — Datum Aninione. V. id Junij pontificatus nostri anno VIII.

Magistro Petro Riculfi prouidetur de canonicatu ecclesie Ripensis. Executores: Abbas monasterij loci dei Ripensis diocesis. — Archidiaconus Upsalensis — Magister Hermannus de Boemia. — eodem d.